that on the re-presentation of the Vicars, whose portions were amply sufficient, they have made an excessive charge on the profits of the prebends,

and unjustly condemned the Chapter in costs.

[1] An omission in MS. [2] Not in MS.

iniquis, ex parte et per partem Capituli et Canonicorum predictorum, ad vos venerabilem patrem predictum extitit et est legitime appellatum, et per dictos Commissarios vestros prefate appellacioni reuerenter paritum eciam et delatum.

Wherefore they appeal through their proctor for a reversal of the sentence.

Quare petit dictus procurator nomine procuratorio predicto, probatis in hac parte de iure probandis pro voce dicte appellacionis ac vestra iurisdiccione, dictosque viros Commissarios male et inique sentenciasse, decreuisse, et augmentasse, et predictos Capitulum et Canonicus bene et legitime appellasse per vos pronunciari et declarari, necnon omnia et singula attemptata post et contra appellacionem predictam reuocari et cassari, vlteriusque fieri in premissis et ea contingentibus iuxta qualitatem et naturam eorundem in omnibus iusticie complementum. Hec dicit, proponit, et petit, ac probare intendit dictus procurator, nomine quo supra coniunctim et diuisim, Jur' beneficio semper saluo, Litisque contestacione verbis negatiuis facta legitime ad eundem et per vtrumque dictorum procuratorum, iuramento calumpnie et de veritate dicenda nomine dominorum suorum solempniter prestito, propositis eciam per partem appellantem quibusdam pretensis iniquitatibus contra sentenciam latam per Commissarios antedictos, Termino eciam dato ad proponenda introducenda omnia in facto consistencia, et in termino ipso exhibitis per partem appellantem predictam, quibusdam proposicionibus iuris et facti allegaciones seu causas continentibus propter quas, vt pretendebatur in eisdem, augmentacio porcionum vicariarum predictarum non fuerat facienda, quibus, quatenus in facto consistabant, demum post diutinam altercacionem habitam super illis reiectis et in causa concluso, ac subsequenter termino ad audiend. sentenciam ipsis partibus assignato,

The Canons contumaciously absent themselves when sentence is given on their appeal.

In quo termino Capitulo et Canonicis predictis se contumaciter absentantibus, quorum absencia Dei presencia supleatur,

Nos Willelmus, Archiep'us supradictus, solum Deum habentes pre oculis, et eius nomine inuocato, habita deliberacione cum iuris peritis, pronunciamus pro parte dictorum Capituli et Canonicorum eccl. Rypon', male fuisse et esse appellatum, et per dictos Commissarios nostros bene, rite, et legitime processum et iudicatum, sententiam ipsam per prefatos Commissarios latam, et quicquid ob eam vel ex ea secutum est, hac nostra sentencia confirmantes. In quorum omnium testimonium atque fidem presentes sigilli nostri appensione fecimus communiri. Lata, lecta, et data fuit hec sentencia apud Cawod, primo die mensis Decembris, anno Domini millesimo ccc^mo^ tricesimo octauo, Et pontificatus nostri vicesimo secundo.

W. de Melton Archiep's. The Archbishop decides against it, and gives sentence accordingly. 1338, Dec. 1.

9. (16) CONSTITUCIO CAPELLE DE ALDEFELD.

Hec indentura facta inter venerabilem Capitulum ecclesie Collegiate Rypon' ex parte vna, et Will'm de Aldefeld dominum de Aldefeld et Thesanciam vxorem suam ex altera, testatur quod cum inter eosdem capitulum et Willelmum ac vxorem suam super percepcione quarundam oblacionum in capella sancti Laurencii de Aldefeld singulis annis stantis litis et dissencionis materia suborta fuisset; Tandem, communibus amicis mediantibus pro bono pacis amplectando inter eosdem sub hac forma extitit amicabiliter concordatum, videlicet quod idem Capitulum imperpetuum percipient omnes oblaciones fidelium ad altare in dicta capella de cetero faciendas, et de eisdem disponent pro sue libito voluntatis; Et quod predictus Will'mus, et Thesancia vxor sua, durante vita eorundem, et alterius eorundem diucius viuentis, percipient et colligent, seu percipi et colligi facient, ceteras contribuciones seu elimosinas quascunque in dicta capella seu clausura eiusdem in festo sancti Laurencii et aliis anni temporibus ex deuocione fidelium caritative faciendas seu conferendas ad fabricam, luminaria, aut cetera ornamenta dicte capelle quecunque seu salarium, Capellani diuina celebrantis in eadem, et contribuciones et elemosinas huiusmodi in vsus illos conuertent, ad quos collati

1344, Dec. 7. Chapter to receive the oblations. The founders during their life to receive other contributions for the chapel or chaplain.

After their death these are to revert to the Chapter.

fuerint ex deuocione fidelium, ut prefertur. Ita tamen quod post mortem dictorum Will'mi et Thesancie vxoris sue ad dictum capitulum integra percepcio omnium premissorum libere reuertatur. Et pro hac conuencione et ordinacione prefati Will'mus et Thesancia vxor eius soluent singulis annis, durante vita eorundem, duodecim denarios sterlingorum prefato capitulo in festo sancti Laurencij supradicto. Ut autem presens conuencio plenum robur optineat firmitatis, prefati Capitulum sigillum suum communie,[1] ac dicti Will'mus et Tesancia vxor eius sigilla sua huius Indenture partibus alternatim apposuerunt. Dat. apud Rypon', septimo die mensis Decembris, anno Domini Millesimo ccc^mo^ quadragesimo quarto.

For this provision the founders are to pay, during their life, 12d. a year to the Chapter.

(17) CONSTITUCIO INTER CAPITULUM ET ABBATEM DE FONTIBUS DE CAPELLA SANCTI MICHAELIS IN MONTE.

1346, Oct. Est in cera.

Vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes litere peruenerint, pateat euidenter quod cum nuper inter venerabiles viros Capitulum ecclesie collegiate et parochialis Rypon' Ebor. dioc. ad quod dicta ecclesia parochialis cum suis Juribus et pertinenciis vniuersis dinoscitur canonice pertinere ex parte vna, Et religiosos viros . . Abbatem et conuentum Monasterij de Fontibus ordinis Cisterciensis, dicte dioc. ex altera, super celebracione diuinorum in Capella Sancti Michaelis de Monte infra fines et limites dicte ecclesie parochialis Rypon' situata, in solo tamen dictorum . . Abbatis et Conuentus et ipsorum Monasterii constructa, in die Sancti Michaelis Archangeli annis singulis, et super percepcione et detencione oblacionum et obuencionum quarumcunque ad dictam Capellam proueniencium contencio exorta fuisset, sitque dicta Capella vicina et propior dicto Monasterio quam ecclesie Rypon' memorate, pro bono pacis et tranquillitatis parcium predictarum, sub forma infrascripta inter easdem partes fuit et est amicabiliter concordatum, videlicet quod . .

Chapel in the parish of Ripon and on the ground of Fountains Abbey.

Disagreement about oblations.

[1] MS. coīe, their seal of community.

Abbati et conuentui predictis, qui sunt et erunt pro tempore, die Sancti Michaelis aliisque diebus (9 v.) anni singulis in dicta Capella infra fines et limites prefate ecclesie Rypon', vt premittitur, situata, liceat celebrare et facere celebrari prout eis expedire videbitur, necnon Abbas et conuentus predicti percipient et habebunt oblaciones et obuenciones quascunque ad dictam Capellam prouenientes ad perpetuam firmam de Capitulo memorato ; Reddendo inde annis singulis in futurum predicto Capitulo in ecclesia Rypon' predicta in festo Exaltacionis Sancte Crucis racione et nomine firme predicte, duos solidos et sex denarios sterlingorum sine vlteriori dilacione ; Quodque nullus Capellanus vel alius quiscumque nomine vel ex parte dicti Capituli in dicta Capella die Sancti Michaelis aliisve diebus anni celebrabit seu faciet celebrari, vel oblaciones seu obuenciones de quibus et prout premittitur percipiet aliquales, set quod Abbas et conventus prelibati in dicta Capella vt premittitur annis singulis in futurum celebrabunt et facient celebrari ; necnon oblaciones et obuenciones percipient et habebunt memoratas, prout eis videbitur expedire ; Ita tamen quod Abbas et conuentus memorati qui sunt et erunt pro tempore, nec aliquis ipsorum nomine, in dicta capella sacramenta, sacramentalia, vel aliud quicquam quod in preiudicium dicte eccl. Rypon' cedere poterit, vel eidem ecclesie in Juribus suis parochialibus dampnum quouismodo afferre facient, ministrabunt, exercebunt, faciet, ministrabit aliqualiter seu exercebit ; Salva semper dictis Abbati et conuentui facultate diuina in dicta Capella celebrandi et faciendi celebrare, ac oblaciones et obuenciones percipiendi et habendi, prout superius est expressum. Et si contingat dictum annuum censum nomine firme predicte duorum solidorum et sex denariorum a retro existere per octo dies post aliquem terminum memoratum temporibus profuturis, predicti Abbas et conuentus volunt et concedunt pro se et successoribus suis, quod ex tunc bene liceat predictis venerabilibus viris capitulo ecclesie Rypon' et ministris suis in manerio seu grangia dictorum Abbatis et Conuentus de Sutton iuxta Rypon',

It is agreed that on St. Michael's and on some other days the Abbey shall have mass said and receive the oblations,

returning to the Chapter 2s. 6d. a year.

And no chaplain or other person on behalf of the Chapter shall celebrate or receive oblations on those days.

Yet so that the Abbey shall do nothing to affect the rights of the Chapter,

always saving to the Abbey the rights above conceded.

Power to distrain conceded to the Chapter.

ac eciam in omnibus terris et tenementis eorundem Abbatis et Conuentus in villa Rypon' existentibus distringere, et districciones huiusmodi abducere et retinere, quousque de predicto censu duorum solidorum et sex denariorum nomine firme predicte sic vt premittitur a retro existente, vna cum arreragiis eiusdem, ac dampnis et expensis ea occasione factis predictis venerabilibus viris . . Capitulo ecclesie prelibate, per dictos Abbatem et conuentum qui sunt et erunt pro tempore, plenarie fuerit satisfactum : Juribus et consuetudinibus dicte ecclesie Rypon' ac priuilegiis, Indulgenciis, et consuetudinibus Monasterii de Fontibus memorati in omnibus aliis semper saluis. In quorum testimonium . . Nos Abbas et Conuentus de Fontibus predicti, parti Indenture penes dictum Capitulum remanenti Sigillum nostrum commune apposuimus.

10. Dat. in Capitulo nostro de Fontibus, die Dominica prox. ante festum Sancti Dionisij Mart. anno D'ni Mill'io ccc^{mo} quadragesimo sexto. Et nos, Capitulum ecclesie Rypon' memoratum parti Indenture penes dictos Abbatem et conuentum remanenti sigillum nostrum apposuimus. Dat. in domo nostra Capitulari Rypon' die Dominica prox. ante festum Sancti Dyonisii Martiris, anno Domini millesimo ccc^{mo} quadragesimo sexto.

(18) ALIA COMPOSICIO DE SLENYNGFORD ET GALHACHE.

1216. Est in cera. Hec est composicio facta et perpetuis temporibus obseruanda inter ecclesiam Sancte Marie de Fontibus et ecclesiam Sancti Wilfridi de Rypon', silicet, quod ecclesia de Fontibus immunis erit a praestacione decimarum imperpetuum de omnibus terris quas ipsi monachi de Fontibus propriis laboribus vel sumptibus aliquando excoluerint in territorio de Slenyngford, et de omnibus terris ad grangiam suam de Galhache spectantibus, quas habuerunt in territorio de Wynkeslay anno ab incarnacione D'ni Millesimo cc^{o} xvj^{o}. Sciendum autem quod monachi de Fontibus,[1] tam in territorio de Wynkeslay

[1] Some such words as "de omnibus terris" seem to be wanting here, to agree with "sumendis," just below.

quam alibi extra territorium de Slenyngford in parochia ecclesie de Rypon' imposterum sumendis, integre et plenarie dicte ecclesie de Rypon' decimas bladi soluent imperpetuum . .

☞ Et, ne aliqua contencio vel discordia inter predictas ecclesias super decimas de Slenyngford vel de Galhache de cetero haberi possit, dicti monachi de Fontibus soluent annuatim pro bono pacis Magistro Galfrido de Lard' eiusdem ecclesie Canonico, et successoribus suis imperpetuum, quinque marcas argenti, medietatem ad Pasch' et medietatem ad festum Sancti Michaelis. Ut autem hec composicio rata sit et inconcussa permaneat, vtriusque Capituli sigillo roboratur. Hiis testibus, H. Thesaurario Ebor., magistro P. de Shirburne, m'ro R. de Insula, m'ro W. de Wisebech, m'ro J. Romano, Canonicis Ebor., M^ro^ Rogero de Richem', m'ro Aureliano, Canonicis de Rypon', et aliis.

Hamo.

Will. de Aureliano.

(19) CONFIRMACIO EIUSDEM PER CAPITULUM EBOR.

1263, Nov. 13. Est in cera. Will. de Testard.

Vniuersis Sancte Matris ecclesie filiis presens scriptum visuris, vel eciam audituris. Willelmus decanus, et Capitulum beati Petri Ebor., salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra, quod cum dominus Thomas filius Briani, Canonicus ecclesie Rypon', religiosos viros Abbatem et Conuentum de Fontibus super quibusdam decimis et rebus aliis prouenientibus de Slenygford et de Wynkeslay, locis monasterii antedicti, et super decimas seruiencium dictorum Abbatis et Conuentus commorancium infra limites prebende sue predicte occasione eiusdem prebende traxisset in causam ; Tandem causa huiusmodi composicione amicabili conquieuit, prout in quodam instrumento confirmatorio, sigillo venerabilis patris Godefridi Archiepiscopi nostri plenius continetur. Quam quietam composicionem, in quantum tangit prebendam predicti d'ni Thome in eccl. Rypon', et eciam ecclesiam Rypon', ad instanciam parcium confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum capituli

nostri presentibus est appensum. Dat. apud Ebor. Idus Novembr. anno gracie Millesimo ducentesimo sexagesimo tercio.

10 v. (20) DE OFFICIO BALLIUI CAPITULI.

340, Sept. 3. Memorandum quod iij^{o} die mensis Septembris, anno Domini Millesimo ccc^{mo} quadragesimo, Radulphus de Sallay venit in Capitulo Ripon', et clamabat tenere de dicto Capitulo et de communia eiusdem vnum toftum et ij bouatas terre et prati cum pertinenciis in Bondegate, iuxta Ripon' per seruicium quod deferret virgam coram Canonicis et processione diebus dominicis et maioribus festiuis ; Reddendo per annum communie Canonicorum ad terminos Martini et Pentecostes xviijd. pro predictis "duobus" vno tofto et duabus bouatis terre et prati. Et faciet n MS. summoniri Curie de omnibus libere tenentibus dicte ecclesie Ripon' et singularum prebendarum. Et per extracta Curiarum predictarum tam communie quam singularum prebendarum leuare debet omnia amerciamenta, et liberabit ea singulis Canonicis siue procuratoribus eorundem. Et attachiamenta de omnibus querelis infra feodum Canonicorum predictorum faciet. Et ire debet singulis septimanis per duos dies, videlicet die Mercurii et die Veneris, cum Tastatoribus, et presentabit defalc. panis et cereuisie. Et Tolnetum leuare debet de omnibus empcionibus et vendicionibus infra feodum Canonicorum predictorum. Et omnia concelementa presentabit.

(21) COPIA CUIUSDAM CARTE DE TERRIS IN NEUBY, QUE QUIDEM CARTA REMANET IN MANIBUS HERED. SIMONIS FISHER DE NEUBY.

Neuby. Capitulum Sancti Wilfridi de Rypon', omnibus hanc cartam visuris vel audituris, salutem. Sciatis nos dedisse et concessisse et presenti carta nostra confirmasse Petro filio Ricardi, vnum toftum in Neuby et tres acras terre in campo eiusdem ville, et pasturam quadraginta ouium et octo animalium et unius equi, et

decem quadrigatas turbe perpetuo singulis annis de mora eiusdem ville percipiend. illi et heredibus suis; Tenend. de nobis imperpetuum libere et quiete, reddendo nobis annuatim pro omni seruicio et exaccione duodecim denarios solvendos ad Pentecosten et sex denarios ad festum Martini. Omnia predicta cum aisiamentis in introitibus et exitibus, in aquis in viis et semitis, dedimus et concessimus prefato Petro et heredibus suis, que Rogerus de Neuby dedit et carta sua confirmauit Deo et Sancto Wilfrido et nobis in perpetuam elimosinam. Hiis testibus, etc.

(22) (GRANT OF LANDS BY ROGER DE NEUBY).

Sciant omnes, tam presentes quam futuri, quod ego Rogerus de Neuby dedi et concessi et presenti carta confirmaui Deo et Sancto Wilfrido et canonicis suis de Ripon' in perpetuam elemosinam, unum toftum in Neuby ex vtraque parte vie vsque ad Yore protensit (*sic*) proximum tofto Henrici, et tres acras terre in campo eiusdem ville, scilicet, vnam acram in Incroft et in Vtteecroft inter terram Simonis, alteram acram in Tranholm, vnam perticatam in Langlandes, et vnam perticatam iuxta Staynros, et dimidiam acram in Langlayreland et in Schortlandes proximas terre que fuit Henrici, terciam acram ad Tendelhau de dominico meo, dimidiam acram et vnam perticatam ad Salhacre, et vnam perticatam ad Brathegata, proximas terre que fuit Henrici. Et pasturam xl ouium et octo animalium et vnius equi, et decem quadrigatas turbe perpetuo singulis annis de mora mea percipiendas. Tenend. de me et heredibus meis imperpetuum, libere, quiete, et solute ab omni seruicio et exaccione, excepto eo quod prefati Canonici soluent annuatim michi et heredibus meis ad festum Sancti Martini sex denarios ad quietandum forinsecum seruicium. Ista predicta cum aisiamentis in introitibus et exitibus, in viis et semitis, ego et heredes mei Deo et beato Wilfrido et predictis Canonicis dedimus et concessimus, et contra omnes guarantizabimus. Hijs testibus, etc. Neuby.

II. (23) NEUBY. (Grant of land and a neif to the church by Osbert Warde).

Omnibus sancte matris ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, ad quos litere iste peruenerint, Osbertus Warde, salutem in Domino. Sciatis me ded. et conc. et hac carta mea conf., consensu et concessione Iuonis fratris et heredis mei, Deo et beato Wilfr. et Can. de Ripon' ibidem Deo seruientibus, vnam bouatam terre cum quodam tofto et crofto, acram vnam continentibus de libero feudo meo, illam scilicet que fuit vna de duabus bouatis quas Ricardus homo meus tenuit de me, et eundem Ricardum cum omni secta sua, cum omn. libertatibus ad predictam terram pertinentibus, in puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et animabus vxoris mee et antecessorum meorum, et pro fraternitate ecclesie beati Wilfridi ad opus meum et vxoris mee. Hiis testibus, etc.

(24) NEUBY. (Grant of a neif by William Warde).

Omn. s. m. eccl. filiis, tam pres. quam fut., Willelmus Warde, salutem. Nouerit vniuersitas vestra me pro sa. anime m. et animarum antecessor. m., hac carta mea quietum clamasse Deo et b. Wilfr. et can. de Rip., Ricardum filium Osberti, hominem meum, cum omni secta sua et katallis suis, imperpetuum, de me et hered. meis. Sciatis eciam me iurasse coram Capitulo super sacrosancta Euangelia me fideliter hanc quietam clamacionem tenturum. Hiis testibus, etc.

(25) NEUBY. (Similar grant by Herbertus fil. Ric. de Neuby).

Vniuersis xpi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Herbertus fil. Ric. de Neuby, salutem. Nouerit vniversitas vestra me concessisse et quietum clamasse et manumisisse Deo et b. Wilfr. et can. eiusdem de Rip., Ricardum fil. Galfridi de Neuby cum tota sequela sua, libere et quiete de me et heredib. m. imperpetuum. Vt autem hec quieta clamancia a nemine in posteris temporibus possit infringi, eam sigilli mei

apposicione confirmaui. Vt autem hec qui. cla. et rata et firma in posterum perseueret, predicti Canonici michi dederunt xxs. Hiis testibus, etc.

(26) PRO CONSTRUCCIONE ET REPARACIONE DOMORUM CANONICORUM.

Printed from Abp. Corbridge's Register in *Mem. Ripon,* II, 31, 32.[1] 1301, Oct. 5

II v. (27) RELAXATION OF SEQUESTRATION.

Thomas, dei gracia Ebor. Archiep. dilectis filiis Capitulo eccl. nostre Ripon', salutem, etc. Sequestrum auctoritate nostra in fructibus et prouentibus porcionis d'ni Thome de Saubaia in eccl. Rip. occasione compertorum Jurisdiccionis nostre ipsum contingencium interpositum, quod obtentu nobilis viri (comitis ?) Sabaudie hac vice relaxauimus, habeatis penitus relaxatum. Valete. Dat. apud Munketon, ij Non. Maij, Pontificatus nostri anno quarto. 1304, May 6

(28) (REVOCATION OF SPIRITUAL JURISDICTION ON GROUND OF MARRIAGE).

Printed from Abp. Greenfield's Register in *Mem. Ripon,* II, 78, 79. 1315, Oct. 2[?]

12. (29) (ARCHBISHOP WICKWAINE PROTECTS THE CANONS).

W. (Wykwan)[2] suo Officiali Ebor. sa. gra. et ben. Volentes etc. 1281, Oct. [?] Est in cera.

Printed from Abp. Wickwaine's Register in *Mem. Ripon,* II, 12. Here dated iij non. Oct.

[1] In the Ingilby MS. are the following marginal notes :—(*a*) Prebenda non dimittatur alicui ad firmam nisi canonico, sine licencia episcopi et Capituli. (*b*) Prima nominis imposicio cuiuscumque prebende in ecclesia Riponie per Archiepiscopum. (*c*) Monicio d'ni Archiepiscopi super Auditore Capituli coniugato amouendo et alio ordinando.

[2] Inserted secunda manu.

(30) (ARCHBISHOP THURSTAN HAS GRANTED LIKE PRIVILEGES WITH YORK AND BEVERLEY).

1114-1143. Nota pro urisdiccione et Consuetudine.

Thurstanus, Dei gracia Ebor. Archiepiscopus, omnibus Xpianis, salutem. Volo vos nosse quod ego concessi Canonicis S'ci Wilfridi et terre et hominibus ipsorum, tales consuetudines quales habent Canonici Sancti Petri de Ebor. et S'ci Joh'is de Beuerlaco, et prebende eorum.

(31) LITERA DIRECTA D'NO ARCHIEP'O (PER CAPITULUM RIPON' PRO REPARACIONE TABULE MAGNI ALTARIS ET AMOCIONE VETUSTE, ET TAXACIONE CANONICORUM PRO TERMINO).[1]

1306-1352. Venerabili in xpo patri et d'no suo, D'no Willelmo, Dei gracia Ebor. Archiepiscopo, Anglie primati, sedis Apostolice Legato, sui filii humiles Capitulum eccl'ie vestre Rypon' obedienter cum omnimodis reuerencia et honore debitis tanto[2] patri. Pater et domine reuerende, satagentes precepto et iniuncto vestro nobis nuper sub graui pena imposito, quod tabula magni altaris amota, tabula ibidem existente, que vetustate nimia est consumpta, infra certum terminum nouiter construere faceremus, vnum artificem sciolum et expertum conduximus indies operantem, pro cuius salario et mercede quemlibet canonicatum et prebendam in ipsa ecclesia optinentem singulos viginti solidos soluere oportebit; Velit ergo paternitas vestra reuerenda ministros vestros precipere vt de viginti solidis vos et prebendam vestram contingentibus, satisfaciant oportune. Nam bene credimus quod absque mandato vestro speciali, quilibet vester minister eos soluere recusabit. Saluum et incolumem vos conseruet Altissimus, ad ecclesie sue et gregis sui vobis commissi regimen et munimen. Scripta in domo nostra capitulari.

(32) LITERA DIRECTA CANONICIS CAPITULI.

Capitulum eccl. coll. Rypon' dilecto nobis in xpo Magistro T. de G.,[3] Concanonico dicte ecclesie et

[1] In a later hand. [2] "Tanto" repeated in MS.

[3] The preceding letter, No. 31, may have been addressed to Archbishop Greenfield, Melton, or Zouche, 1306-1352, but we find no Canon of Ripon of that period with these initials.

confratri nostro, salutem et fraternam in D'no caritatem. Vestre fraternitati tenore presencium intimamus, quod cum nuper venerabili patri et d'no nostro Archiepiscopo oculata fide constitisset quod tabula magni altaris nostri vetustate nimia consumpta foret, In virtute sancte obediencie et sub pena graui pecuniaria sue elemosine applicanda, firmiter iniungendo mandauit ut Canonici ipsius ecclesie vnam tabulam honorabilem suis sumptibus infra certum terminum construerent et inibi collocarent, ad cuius penam dampnosam caucius euitandam et decorem ipsius ecclesie et deuocionem populi fructuosam salubriter inducend. confratres nostri presentes Capitulum facientes vnum artificem in illo opere expertum et sciolum pro certa mercede constituta prouide conduxerunt, et porcio cuiuslibet canonici ipsius ecclesie pro dicta mercede soluenda ad xx solidos se extendit, Vos ergo requirimus, et in virtute iuramenti de contribuendo necessitatibus ecclesie cum occurrerint prestiti, iniungimus et mandamus quatinus premissa debite considerantes de viginti solidis vos contingentibus citra talem terminum plenarie satisfaciatis, attendentes quod per nouam ordinacionem super residencia faciendam, per quam communa ad hoc ordinata ab omni onere et prestacione preterquam de salariis ministrorum ecclesie effecta est libera et immunis. Nullus canonicus ipsius ecclesie a consuetis contribucionibus et oneribus est exutus, sed oneratus remanet sicut prius. In fraterna dileccione conseruet vos Altissimus, regat et dirigat statum vestrum. Dat. in Capitulo nostro, etc.

Singule pre bende tenen tur ad oner. huius eccle sie, et no communa pre ter ad solo ecclesie mi nistros. Or dinacio pate in 4° foli huius libri d veteri scrip tura.[1]

(33) ITEM ALIO MODO.

Supplicant paternitati vestre reuerende deuoti filii vestri Capitulum et Canonici ecclesie vestre Ripon', quatinus ipsam ecclesiam, ipsum Capitulum, eiusdemque Canonicos, jura, libertates, et consuetudines racionabiles habere velitis si placet recommendatos et eosdem in suis iuribus et consuetudinibus ac libertatibus manutenere sicut facitis alias vestras ecclesias filiales. Et licet dicte ecclesie Ripon' filie vestre deuote, jura, libertates, et

No date.

[1] In a later hand.

consuetudines vt verisimiliter credimus non sunt vobis incognita, ad paternitatis tamen vestre memoriam aliqua de eisdem duximus reducenda. In primis, quod jurisdiccio omnimoda spiritualis in causis matrimonialibus et testamentariis ac alijs ad forum ecclesiasticum pertinentibus ad idem Capitulum Ripon' pertinet in personis et rebus jurisdiccioni eiusdem subditis. Sub quo verbo, licet omnia forsan juris interpretacione nocionalia valeant comprehendi, aliqua tamen specialiter duximus exprimenda, videlicet, potestas sequestrandi bona defunctorum et eciam viuorum in casibus a iure permissis, Testamentorum probacio admittenda cum aliis que probacionem testamenti huiusmodi comitantur, Et in bonis intestatorum administracio juri consona, Principalia eciam seu mortuaria tam Canonicorum quam quorumlibet ministrorum eiusdem ecclesie Ripon' ibidem decedencium, et aliorum quorumlibet parochianorum eiusdem, Item de quolibet Canonico eiusdem eccl. Ripon' decedente vbicunque decesserit vna capa chori vel decem marc. argenti pro eadem, Et Palefridus suus melior, si ibidem decesserit, loco mortuarij, Item de quolibet milite decedente dextrarius suus cum armis militaribus.

13. (34) DE DECIMIS SILUE.

(in le hors clos et in le Stubbynges. Sentencia diffinitiua per d'num Commissarium Curie Ebor. Et in isto latere patet quid sit silua cedua, per quandam declarationem).[1]

1364, Nov. 29. Vniuersis s. m. ecclesie filijs ad quos presentes litere peruenerint. D'ni Officialis Curie Ebor. Commissarius generalis, salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos penultimo die mensis Nouembris, anno D'ni Mill'imo ccc^mo sexagesimo quarto, sententiam diffinitiuam in quadam causa super prestacione (decime)[2] silue cedue inter partes infrascriptas in forma que sequitur protulisse. In Dei nomine, Amen. Auditis et intellectis meritis cause super prestacione decime silue

[1] In a later hand. [2] Omitted in MS.

cedue inter venerabile capitulum eccl. coll. et parochialis Rypon' coram nobis d'ni Officialis Curie Ebor. Commissario generali, partem actricem, per Magistrum Johannem de Stanton procuratorem comparentem, ex parte vna, et Thomam filium Symonis, Joh'em Storour de Munketon, Rogerum Wryght de Rypon', Robertum fil. Roberti Mariotsone, et Joh'em Whytbred de Thorp, parochianos dicte eccl. coll. et parochialis de Rypon' per Magistrum Joh'em de Rouclyff comparentem, partem ream, ex altera, oblato libello conuencionali tenorem qui sequitur continente.

In Dei nomine, Amen. Coram vobis d'no Officiali Curie Ebor. vestrove Commissario generali petit procurator venerabilis Capituli eccl. coll. et paroch. de Rypon' nomine procuratorio pro eodem Thomam fil. S., J. S. de M., R. W. de R., R. fil. R. M., et J. W. de T., parochianos dicte eccles. coll. et paroch. Ripon', qui boscam (*sic*) et siluam ceduam in loco vocato le Horsclose et boscum et silv. ced. in loco qui vocatur le Stubbynges, que quidem silue cedue ex eisdem stirpibus et radicibus renascuntur et recrescunt, et sic sepius recrescere consueuerunt infra fines et limites et loca decimacionis dicte eccl. de R. existentibus, in anno D'ni Millesimo ccc^{mo} sexagesimo quarto amputarunt, succiderunt, et amputari et succidi fecerunt et in vsus suos conuerterunt, et quilibet eorum amputauit, succidit, ac amputari et succidi fecit et mandauit, et in vsum suum conuertit, iusta et vera decima[1] dicte silue cedue, quam idem procurator facit et estimat ad viginti solidos argenti, que quidem decima dictis ecclesie paroch. et Capitulo est de iure et consuetudine laudabili[2] notorie debita et solui consueta et per eosdem T., J., R., R., et J., qui ex parte dicti capituli super solucione et prestacione dicte decime congrue requisiti, ipsam decimam soluere recusarunt, et quilibet eorum iniuste recusauit, indebite subtracta et per eosdem detenta et non soluta, in dicti Capituli iniuriam et preiudicium manifestum.

Nota. Explanation of term "silva cedua."

[1] MS. has "in iusta & v'a decime," which gives no sense.

[2] "laudabili" repeated in MS.

Super quibus in parochia Ripon' et locis euicinis laborat publica vox et fama. Per vos dictum dominum Officialem, uestrumve Commissarium generalem, probatis in hoc casu de iure probandis sentencialiter et diffinitiue, condempnari et ad solucionem dicte decime, si extet alioquin, ad eius estimacionem predictam canonice compelli et coherceri, ac vlterius secundum naturam et qualitatem premisso et dicto Capitulo et sibi eius nomine fieri quod Canonicis conuenerit institutis. Hec dicit, allegat, proponit, petit, et probare intendit dictus procurator nomine quo supra coniunctim et diuisim, iuris beneficio in omnibus semper saluo : lite ad eundem libellum primo per dictum Joh'em de Rouclyff negatiue contesta, iuramento de calumpnia et de veritate dicenda per procuratorem dicte partis actricis secundum ipsius cause qualitatem et naturam prestito, procurator dicte partis ree per nos legitime requisitus iuramentum huiusmodi de calumpnia prestare recusauit, ac, habita deliberacione cum clientibus suis supradictis, postmodum coram nobis in ecclesia Ebor., videlicet loco consistorii eiusdem pro tribunali sedentibus, Magistro Willelmo de Otryngton per dictos clientelos suos specialiter informatus, et mandatum habens ad hoc speciale dictum iuramentum calumpne prestare, sicut al. recusauit, necnon narrata in dicto libello vera esse iuxta formam cuiusdam procuratorii et mandati sibi traditi et concessi, coram nobis exhibiti et dimissi, sponte et simpliciter fatebatur volens in petitis et contentis in libello predicto per nostram sentenciam diffinitiuam condempnari. Vnde, nos Commissarius antedictus, consideratis et attentis omnibus premissis coram nobis deductis et iudicialiter agitatis, Quia inuenimus quod dicta pars rea iuramentum calumpne prestare recusauit, et intencionem dicte partis actricis coram omnibus est confessa, dictam partem ream in decima dictarum siluarum in dicto libello deducta et posita per personam dicti procuratoris sui, sentencialiter et diffinitiue condempnamus, et in expensis in dicta causa per dictam partem actricem factis et appositis, quarum taxacionem nobis specialiter reseruamus quatenus de iure in hac

parte debet fieri condempnacio expensarum, et ad hoc consenserunt partes antedicte. In quorum omnium testimonium sigillum officii nostri fecimus hijs apponi. Dat. Ebor. quoad consignacionem presencium, septimo die mensis Decembris, anno D'ni supradicto. Deed signed Dec. 7.

13 v. (35) DAKER ET BEUERLAY.

Printed from the original in *Mem. Ripon,* I, 203–205. 1361–2, Feb. 25.

14. (36) COPIA TESTAMENTI JOH'IS CISSOR, ET PROBATUM FUIT CORAM NOBIS COMMISSARIO XIJ° DIE MAIJ (?) ANNO LXXIJ°.

In Dei nomine, Amen. Die Veneris in crastino Sancti Vincencii Martiris, anno D'ni Millesimo ccc^mo^ septuagesimo secundo. Ego Joh'es Tayliour de Annsgate, manens in domo Will'mi Dayuell et Will'mi Gramery ex parte australi vie ibidem, condo testamentum meum in hunc modum. In primis, do et lego animam meam Deo omnipotenti, et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio ecclesie Rypon'. Item lego pro mortuario meo xiijs. iiijd. Item lego viduis et pauperibus pro anima mea, ijs. Item lego in conuocacione vicinorum meorum die sepulture mee, xs. Item lego in cera pro lumine habendo circa corpus meum, iijs. Item lego cuilibet vicario ecclesie R., vjd. Item iij diac. et iij subdiac., cuilibet iijd. Item vj choristis, xijd. Item lego Waltero filio meo xxs. Item fratribus minoribus et Carmelitis Ebor. xiijs. iiijd. Item lego fratri Ric'o de Gyselay, vjs. viijd. Item Matildi de Gyselay ij linthiamina, j blanket, et vnum couerlite. Item lego cuidam capellano diuina celebranti pro anima mea, xlvjs. viijd. Item lego Willelmo filio meo, xs. Item lego Joh'i et Ric. (?) filiis Walteri filii mei, decem solidos. Et si quid residuum fuerit de bonis meis superius non legatis, do et lego Anote vxori mee. Et hos constituo executores meos, videlicet dictam Anotam et Johannem filium meum, vt fideliter disponant pro anima mea suo modo meliore.

1372–3, Jan. 23.

xiijs. iiijd. nomine mortuarii, et non toga.

(37) COPIA TESTAMENTI MARGARETE WARNER, ET PROBATA FUIT CORAM NOBIS COMMISSARIO PRIMO DIE SEPTEMBRIS A° D'NI ETC. LXXVIJ°, ET CONCESSA FUIT ADMINISTRACIO BONORUM EXECUTORIBUS INFRA NOMINATIS.

1376, Sept. 25 In Dei nomine, Amen. Ego Margareta Warner de Ripon', sana et compos mentis, die Jouis prox. post —[1] Mathei Apostoli, anno Domini Millesimo ccc^mo^ septuagesimo sexto, condo testamentum meum in hunc modum. In primis, —[1] animam meam Deo Omnipotenti, et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio beati Wilfridi Rypon'. Item pro vigil. mort. —[1] Item pro mortuario meo meum melius animal. Item in conuocacione vicinorum meorum die sepulture mee, xl solidos. Item in di(stribucione)[1] pauperum, xl solidos. Item lego cuidam capellano ad celebranda diuina pro anima mea et pro animabus omnium fidelium defunctorum, viij marc. —[1] et conuentui de Fontibus xxs. Item pro aumentacione luminis beate Marie stantis in coro Ripon', vs. [✠ Item pro decimis oblitis, vs. Item in cera ardenda circa corpus meum, vs. Item Thome fratri meo, xs. Item Agneti fil. eiusdem, iijs.][2] et Alicie filie eiusdem —[1] fil. eiusdem xijd. Item Alicie filie mee, x libr. Item Joh'i fil. Joh'is Grene, xxs., et Roberto fil. eiusdem xxs. Item Agneti —[1] de Hewyk, vs. Item fabrice eccl. Ripon' vjs. viijd. Item fratribus predicator. et Carmel. Ebor. vjs. viijd. per equales porciones. Item fratribus Minorum et Augustini Ebor. iiijs. equali porcione. Item fratribus de Richmundia xld. Item fabrice Northbrigges ijs. Item vj vicariis, cuilibet xijd. Item d'no Roberto Dalyssan ijs. Item capellano capelle beate Marie, vjd. Item cuilibet diacono et subdiacono iijd. Item cuilibet turibulario et patenario et coriste, ijd. Item lego j bordclath magno altari beati Wilfridi Ripon'. Item lego manutergium altari beate Marie in capella. Item do et lego j stepeled Alicie filie mee et post decessum Alicie lego

[1] The leaf is eaten away at these places.

[2] In a different hand at the foot of the page, with ✠ for a reference-mark.

Elene vxori Joh'is de Dreng,|| [Et post decessum eorundem do et lego fabrice ecclesie Rypon'. Item fabrice pontis de Hewyk ijs. Item fabrice pontis de Bishopton ijs. Item Alicie vxori Joh'is — Item Joh'i Schot' de Hewyk —s. Item lego Joh'i filio Thome Carter iijs. Item — — Alicie vxori sue xiijs. iiijd.][1] et Elene vxori sue xiijs. iiijd. pro j arca de Flandria. Item lego v lectos distribuendos pauperibus pro anima mea. Item lego fabrice Esgatbryg ijs. Residuum vero bonorum meorum supradictorum non legatorum do et lego Joh'i Grene et Alicie filie mee vt cum eodem residuo faciant diuina celebrari pro anima et animabus omnium fidelium defunctorum ; et ad omnia predicta legata fideliter facienda, predictos Johannem et Aliciam facio et constituo executores meos vt ipsi disponant pro anima mea pro vt melius viderint expedire. In cuius rei testimonium huic presenti testamento sigillum meum apposui. Dat. apud Rypon', die et anno supradictis.

14 v. (38) DE CAPELLA DE CLUTHER.'

Omnibus xpi fidelibus ad quos presentes litere 1351, Sept. 19
indentate peruenerint, Capitulum eccl. collegiate Rypon', salutem in D'no sempiternam. Noueritis nos concessisse Joh'i de Cluther' d'no de eadem, et heredibus suis, habere quamdam cantariam infra capellam suam de Cluther', et vnum capellanum seruientem ibidem, saluo in omnibus iure dicte ecclesie nostre sub hac forma, videlicet quod predictus Joh'es et heredes sui presentabunt nobis dictum capellanum antequam in dicta capella ministret. Jurabit eciam idem capellanus de Idempnitate oblacionum et omnium beneficiorum que antiquitus et de nouo ad ecclesiam nostram predictam pertinere dinoscuntur, et quod dictus capellanus fidelis et obediens erit eccl. nostre predicte et Capitulo et Canonico et successoribus suis ad cuius prebendam parochia illa pertinet, nec eos in aliquo quod spectet ad ius matricis ecclesie defraudabit. Predictus vero Joh'es et heredes sui cum familia

[1] In a different hand at the foot of the page, with || for a reference-mark.

sua ac ceteri parochiani prenominate ville venient quolibet anno ad matricem ecclesiam suam diebus Dominicis ac omnibus aliis festis debitis et consuetis. Ad hec predictus Joh'es et hered. s. prefato capellano et succ. s. capellanis in eadem capella ministrantibus victui et vestitui necessaria vel pro hiis quantum inter eos conuenerit de proprio assignabunt. Ita quod capitulum predictum in nullo oneretur: Reddendo inde annuatim idem Joh'es et her. s. vel sui assignati nobis et succ. n. duos solidos argenti ad festa Pent. et S'ci Martini in yeme per equales porciones imperpetuum. Et si contingat (power to distrain as in case of St. Michael's chapel, above, p. 21, with verbal differences).

In cuius rei testimonium tam nos quam predictus Joh'es presentibus scriptis in modum Cyrographi diuisis alternatim sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus, Simone Warde, Cristofero Maylloure, Rogero de Hewyk, militibus, Joh'e de Schirwod, Rob'to de Brunhowses, et aliis. Dat. apud Rypon' die Lune prox. post festum Exaltacionis Sancte Crucis, anno D'ni Millesimo ccc^{mo} quinquagesimo primo.

15. HIC INCIPIUNT.[1]

SALLAY.

c. 1235. (39) (Licence for Sawley Chapel. Printed from the original in *Mem. Ripon,* I, 196.

15 v. (40) SALLAY. (Adam Ward grants 2s. a year).

Sciant presentes et futuri quod ego Adam Ward dedi, concessi, et presenti carta mea confirmavi Deo et Canonicis S'ci Wilfridi de Ripon in puram et perpetuam elemosinam, ijs., percipiendos annuatim de me et heredibus meis, scilicet ad Pentecosten duodecim denarios, et ad festum S'ci Martini (duodecim)[2] den. donec assignem eisdem canonicis in certo et competenti loco ad eorum libitum vbi possint predictum

[1] Referring to the Charters that follow. All from fo. 15 to fo. 46 is in a larger and more set hand than the Chapter Acts, as if it had formed part of a Cartulary.

[2] Omitted in MS.

redditum duorum solidorum comode recipere. Et si forte cessauerimus a predicte pecunie solucione terminis preassignatis, per hanc presentem cartam me[1] et heredes meos obligaui subire sine dilacione judicium capituli Ripon' ad compellendum me et hered. m. quocunque modo voluerint, ad predicte pecunie solucionem, renuncians omni remedio tam fori ecclisiastici quam secularis. In huius rei robur et testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, de Withinton[2] tunc senescaldo, Rob'to de Berford, Ballivo, Rob'to de Monketona, Thoma, Willelmo, et Roberto de Cluther', Joh'ne de Hilton, Radulpho de Newby, Rogero de Euiston, Willelmo de Stodelay, et multis aliis.

(41) HOTUNA.

Ordinacio cantarie de Hoton, et est in cera.

Capitulum S'ci Wilfridi de Ripon', Omnibus s'ce matris ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse R.[3] de Conyers et hered. s. habere capellam apud Hoton, et capellanum eidem seruientem, saluo in omnibus iure parochiali, sub hac forma. Predictus R. capellanum nobis presentabit, qui, antequam in prefata capella ministret, Jurabit nobis de Idempnitate oblacionum et obuencionum et omnium beneficiorum que antiquitus et de nouo ad ecclesiam nostram pertinere dinoscuntur, et quod fidelis erit eccl. S'ci Wilfridi et Capitulo et Canonico ad cuius prebendam parochialia de Hotun pertinent, nec nos in aliquo quod spectet ad ius matricis ecclesie fraudabit. Et preterea idem capellanus sub eodem iuramento nobis respondebit pro tota illa parochia nostra cui seruiet de tribus oblacionibus trium solempnitatum annualium per singulos annos, scilicet Natalis D'ni, Pasce, et beati Wilfridi. Idem est in quolibet predictorum festorum de vnoquoque Husebande j ob. et de vnaquaque Husewif j ob., quas oblaciones predictus capellanus auctoritate beati Wilfridi et nostra et si necesse fuerit, d'no R. et heredibus suis

[1] Repeated in MS. [2] No Christian name in MS.

[3] Robert, son of Roger. See *Mem. Ripon*, I, 201.

cogentibus, colliget. D'ns autem R. et heredes eius cum familia sua, in hiis tribus prescriptis solempnitatibus venient ad matrem ecclesiam suam; [ceteri vero parochiani ville prenominate in hiis solempnitatibus venient ad matricem ecclesiam suam][1] scil. die Natalis D'ni, die Purificacionis beate Marie, die Crucis adorande, die Pasce, diebus Assencionis et Pentecostes, diebus[2] S'ci Wilfridi, die Omnium Sanctorum. Ad hec prefatus R. vel quicunque ei successerit prefato Capellano in eadem capella seruienti victui et vestitui necessaria ministrabit vel pro hiis quantum inter eos conuenerit de proprio assignabit. Recipiet autem predictus Capellanus ex parte nostra (16) manuportum quod ei tam parochiani quam alii fideles gratis offerent, exceptis hiis que offerentur in festis capelle et exceptis omnibus illis que iure debentur ecclesie nostre, scil. decimis omnibus, sponsalibus, purificacionibus, diuisis, confessionibus,[3] et si quis presbiterorum ibi ministrancium aliquo tempore contra sacramentum fecerit, et iuri eccl. nostre aliquid subtraxerit, presbiterum statum autoritate nostra eiciemus. Jurabit quoque idem R. pro se et pro hered. s. de indempnitate eccl. s'ci Wilfr., et quod a prescripta constitucione in perpetuum non recedent. Nos vero pretaxatam conuencionem, vt firmior esset, sigilli munimine nostri roboramus. Hiis testibus, Hugone fil. Gernago, Wimar fil. Rad., Rad. de Nunewyk, Radul. fil. Ald, Roberto de Mulwath, Alano Bruncoste, Willelmo de Stodelay, Waltero Aleman, Joh'ne Creuger.

(42) HOTUN.

(Grant of land for chapel by Roger de Conyers).

Printed from the Darnbrough MS. in *Mem. Ripon*, I, 201. Ingilby MS. has the readings "Dusacre," "Sauner," "fr'nitate," "Kendala iux[a] p'fatā," "Cramauill," "Bruncoste," "Aie de Bischoptun."

[1] These words are omitted in the MS., but are here taken from similar documents, *e.g.*, No. 50.

[2] The "Nativitas," Sunday after Aug. 1, the Depositio, Oct. 12, and the "Translatio," Apr. 24.

[3] No. 50 reads "diuisis et confessionibus." *Divisæ* are legacies.

(16 v.) (43) ALDFELD.

(Licence for Aldfield Chapel).

Printed from the Darnbrough MS. in *Mem. Ripon*, I, 198. Ingilby MS. has these readings, "Pinkon," "de Caue," "Aldred." c. 1275. Aldefeld, et est in cera.

(44) DISCEFORD.

(Grant of land for a chapel).

Omnibus xpi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Joh'es Russell de Ripon', salutem in D'no. Noueritis me diuine pietatis intuitu et pro salute anime mee et in remissionem (17) omnium peccatorum meorum ded. conc. et p. c. m. conf. totam terram meam de Disceford quam teneo de beato Wilfrido et Capitulo Ripon', Deo in tales vsus subscriptos conuertendum, scil. ad capellam faciendam in proprio territorio meo de Disceford et sustentacionem vnius capellani in eadem celebrantis pro sa. anime mee et omnium fidel. defunct. in perp., et quod idem capellanus in domo sua pauperes recipiat et pascat prout facultas ei fuerit. Et ego Joh'es primum capellanum scil. Robertum de Capella instituo, et propria manu mea eidem sesinam confero et concedo. Et solutat ("soluat" *written over*) annuatim Capitulo Ripon ijs. argenti, scil. xijd. ad festum Sancti Martini in hieme, et xij ad Pentecosten. Et duas libras cere ecclesie de Topklif in die S'ce (*sic*) Columbe. Post decessum vero dicti Roberti, capitulum beati Wilfridi ad execucionem huius officii capellanum idoneum qui parochialiter deseruiat deputabit. Dictus vero Robertus et alii successores qui tempore fuerint sic ad ordinacionem meam obseruare procurent vt coram Deo in die judicii fideli obseruacione graciam, vel si contrauenerint, indignacionem ipsius omnipotentis Dei recipiant.

et est in cera. See end of document.

Nota quod capellanus capelle de Disforth soluet annuatim ijs.

Topcliffe church is dedicated "to" St. Columba.

(Marginal note in a later hand, fo. 16 v).

D'ns de le Scrop de Bolton iam huius heres est, et quanquam sit infra parochiam de Topclif . . .[1] libertate S'ci . . .[1] extat. Presumitur eciam quod idem

[1] Eaten away as if by mice.

dominus occupat vel eius tenentes ea que Capellano pertinere deberent, eo quod nullas iam habeat terras vnde hospitalitatem teneret, quanquam eidem Capellano in sua prima fundacione tota terra ipsius Joh'is Russell de Disceford quam iam idem dominus retinet ipsi assignata fuerit.

(45) NUNWIKE.

c. 1230. (Grant of land for a chapel by Walter de Nunwyk).

Printed from the Darnbrough MS. in *Mem. Ripon*, I, 200. Ingilby MS. has the readings, "Nunwyk," "Kirkestakes," "Yore," and "Eleman."

(46) NUNWYK.

c. 1230. (Grant of land for a chapel by Roger de Nunwyk).

Printed from the Darnbrough MS. in *Mem. Ripon*, I, 199. Ingilby MS. has the readings "Nunwyk," "Elene," "Scortbuttes," "Langwathbothemi," "Alman," "Wigetat."

17 v. (47) HEWYK.

(Licence for chapel at Bridge Hewick).

c. 1275. est in cera. Printed from Darnbrough MS. in *Mem. Ripon*, I, 202. Ingilby MS. has the readings "Pinkneyg," "Banbyry," "Aldreth."

18. (48) GEUENDALE.

(Agreement for a chapel).

et est in cera. Omnibus videntibus et audientibus has literas, Will's Ward, salutem. Sciatis quod ita conuenit inter Canonicos de Ripon et me quod ipsi concesserunt mihi et hered. m. habere capellam apud Geuendale et capellanum seruientem ibidem, saluo in omnibus iure parochiali sub hac forma, quod ego eis Capellanum presentabo antequam ipse in prefata capella ministret. Jurabit (*as in case of Hutton, p. 37, to* "colliget"). Ego autem Willelmus et hered. mei cum familia nostra in pred. tribus solempnitatibus ad matricem ecclesiam veniemus. Cetere vero parochiane prenominate ville in hiis solempnitatibus venient ad matrem, scil. die (*as in case of Hutton, p. 38*). Ego Will's et heredes

mei (*as at Hutton, p. 38, l. 22, to* "recedam," *mutatis mutandis*). (**18 v.**) Pro huius autem concessionis gracia optinenda dabo eis duos solidos annuatim quos assignaui, eos recipiendos de terra Gilberti de Noydgayl, scil. xijd. ad festum Pent. et duodecim denarios ad festum S'ci Martini. Heres autem meus prestabit idem sacramentum sicut ego feci, si eandem voluerit graciam optinere. Ad huius rei confirmacionem sigillum meum apposui in testimonium. Hiis testibus, Stephano, Hugone, Absal., Will., Gilberto, Waltero, capellanis. Waltero Alman, Will'o fratre suo, Rad. de Nunwyk, Rob'o de Mulwath, Rob'o de M'kington, Ad. de Ingerthorp, Nich'o de Kayton, Philippo tunc Ballivo de Ripon, Rob'o de Lan(um), Samsone de Wigttuft, Walt' Besing, Will. de Biham, Waltero Nunwyk, Rob'o filio Ketelli, Nich'o Parmunter, Ada filio suo.

(49) NEUBY.

(Grant of an island for a mass, etc., once a year).

Sc. omn. tam pres. quam futuri quod ego Alex. de Newby et Rob. de Mulwath et Rog. fil. Alex. dedimus et concessimus Deo et beato Wilfrido et nominatim prebende Alani Canonici[1] cuius parochiani sumus, in pur. et perp. el., Insulam quamdam in feudo nostro de Newby in capite Mose per diuisam que est inter illam insulam et alteram insulam, in latitudine scilicet a fossa de Skelton in capite vsque ad terram arabile, in longitudine sicut extenditur in medietate More, usque ad directionem salicis, et, pro ista elemosina habenda, concessit nobis prenominatus Alanus canonicus singulis annis semel in anno missam celebrare cum obsequiis ad eam pertinentibus pro salute viuorum et refrigerio antecessorum nostrorum defunctorum. Hiis testibus, Capitulo S'ci Wilfridi, Stephano, Andrea, Roberto, Helia, Bertrem, Herb., Osb., capellanis, Thorold clerico, Will'o sacrista, Will'o, Rogero, deaconibus, Rog. de Stodeley, Vgtred de Stodeley, Rog. de Hewyk, Rob. de Lanom, Bernardo fil. Gamil, Aldreth, Rog. fil. Osbern, Nich. fil. Aldreth.

---

[1] This seems to be before the assignment of local names to the prebends or of surnames to the canons and other clerks.

(50) STODELEY.

(Grant to William de Mammecestr' and his heirs to have a chapel at Studley).

c. 1230. *As above, p. 37, with slight verbal differences.* (19) Hiis testibus, magistris Galfrid de Larder, Laurencio de Topklif, et magistro Thoma de Kirkeby, Canonicis Ripon', d'no Garino de Aquila, Rob. de Monketon, Alano de Aldfeld, Will'mo de Cluther', Will'mo de Stodelay, et aliis.

(51) DALL.

c. 1230. (Licence for a chantry in the chapel of Will. Dall).

et est in cera. Omnibus xpi fidelibus ad quos litere presentes peruenerint. Capitulum S'ci Wilfridi de Ripon', salutem in D'no. Noueritis nos ad peticionem Will'i Dall de Thornton de communi consilio et consensu capituli nostri concessisse et presenti scripto confirmasse eidem Will'o et hered. j Cantariam in Capella sua apud (19 v.) Dall,[1] quam ibidem in curia sua construxit. Ita videlicet quod liceat eidem Will'o et hered. s. proprium habere Capellanum propriis sumptibus Diuina ibidem celebrantem quandocunque voluerit, saluo in omnibus et per omnia iure matricis ecclesie. Et sciendum quod Capellanus quicumque pro tempore fuerit debet presentari dicto Capitulo S'ci Wilfridi, et ibidem prestabit iuramentum fidelitatis et obediencie et iurabit quod fideliter se habebit erga dictum Capitulum, et seruabit in omnibus iura Capituli illesa. Et si super infidelitate vel incontinencia canonice possit conuinci, licitum sit Capitulo ipsum amouere et alium ad presentacionem dicti Will'i et hered. suorum admittere. In huius rei testimonium tam sigillum Capituli quam sigillum dicti Will'i huic scripto sunt appensa alternatim. Hiis testibus, Venerabili patre Waltero Ebor. Archiep'o, Magistro Will'mo de Langton Archid. Ebor., Mag'ro Galfrido de Larder, Mag'ro Thoma de Kirkeby, D'no Ric. de Yarum, canonicis Ripon', D'no Will'o de

---

[1] Dall juxta Thornton. *Mem. Rip.*, I, 158; II, 75*n*.

Wydendon, D'no Ric. de Boyuill senescallo d'ni Ebor., Petro de Eyuill, balliuo, Will'o de Massam, Jeronimo Capellano, Rob'to le Surreys Capell's (*sic*), Will'o de Bocheland, et aliis.

(52) (EVIDENCE CONCERNING TITHES IN WHITCLIFF).

Cum verteretur questio in Canonicos de Ripon et c. 1235.
fratres hospitalis S'ci Joh'is de Ripon' super decimis Wyteclyffe.
lane de Qwitelif asserentibus (quibusdam)[1] dictos fratres debere habere terciam partem, Canonici autem duas partes, sicut habeat de blado eiusdem territorii, aliis quidem firmiter asserentibus dictos Canonicos totam decimam lane dicti loci debere percipere ; tandem ex precepto W(alteri) archiepiscopi facta est inquisicio per Herbertum capellanum et Thorphinum et Willelmum fil. Odonis, prepositos iuratos, in presencia Magistrorum Joh'is Romayn, Ad. de Richemund, G. de Larder, W. de Aureliano, et Joh'is de Hilton, tunc Balliui et plurimorum aliorum, qui fideliter asseruerunt et corditer, quod post obitum bone memorie Rogeri archiep'i, viderunt Thomam fil. Thome de ultra Usam tenere grangiam de Qwitlif ad firmam, et eodem tempore Willelmum de Laley tenentem grangiam de Northscogh ad firmam similiter, et Thomas tempore tonsionis vendidit dicto Willelmo oues quas habuit apud Qwitlif. Eo tempore Thoraldus clericus habuit totam partem decimarum de Qwitlif pertinentem ad canonicos Ripon' ad firmam, qui nomine Canonicorum agens ad recuperand. decimam de dictis omnibus venditis coram officialibus archiepiscopatus Ebor., scilicet coram Laurencio Archid. de Bedforth et magistro Rogero Arundel in forma iudicii totam decimam lane dicti loci de Qwitlif euicit. Dicunt eciam idem Jurati quod (tempore)[1] bone memorie Rogeri Archiep'i viderunt paucos multones et hog-
(**20**) gastres, quandoque lxv, quandoque octoginta, apud Qwitlif, de quibus Herbertus presbiter dicit se vidisse ecclesiam de Ripon percipisse decimas integre. Will's

[1] Inserted.

vero dicit se vidisse totam lanam deferri apud Ripon' similiter, et porcellos ibidem natos, sed quis quamdam de decima illius lane percepit nescit; de porcellis autem dicit se vidisse dictum Thoraldum percipere decimam nomine canonicorum. Thorfinus autem Juratus concordat cum Willelmo.

HOTUN.

(53) ORDINACIO CANTARIE PERPETUE IN CAPELLA S'CI JOH'IS BAPTISTE DE HOTON CONNYERS.

Et est in cera. 1322, June 24.

Vniuersis xpi fidelibus hanc cartam visuris vel audituris, Robertus de Coygners dominus de Hoton Coygners, salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra (me)[1] pro salute anime mee et hered. meorum et pro animabus antecessorum meorum, dedisse, concessisse, et hac carta mea confirmasse per licenciam d'ni nostri d'ni Edwardi Dei gracia illustris Regis Angl., et eciam per licenciam d'ni Lodewyci Dei gracia ep'i Dunolm., d'ni mei, Deo et capelle beati Joh'is Baptiste in Hotoncoygners et d'no Will'o Duraunt, capellano in eadem Capella suo (*sic*) perpetuo celebraturo, vnum mesuagium, tres bouatas et sex acras terre, et vnam rodam prati cum pertinenciis in Hotoncoygners, et viginti solidatas redditus in Howgraue, exeuntis de terris et de tenementis que quondam fuerunt d'ni Rob'i de Mortayne in eadem villa, et eciam pasturam ad duos equos, duos boues, et duas vaccas, in tota seperabili pastura mea in predicta villa de Hoton Coygners, exceptis boscis meis in eadem, quos seperales mihi et hered. meis esse volo. Tenend. et habend. predicta mesuagia, terras, pratum, redditus et pasturam predicto d'no Will'mo et successoribus suis capellanis in capella predicta divina celebraturis, de me et hered. meis in lib. pur. et perp. el., integre, bene et in pace, cum omnibus suis pertinenciis, libertatibus, et asiamentis, infra villam et extra, faciend. inde seruicium in capella predicta in missis saltem celebrandis singulis diebus, quatenus congrue et comode fieri possit in

[1] Not in MS.

perpetuum. Et si contingat predictam Cantariam vacare per mortem seu resignacionem predicti d'ni Willelmi, tunc volo quod ego vel heredes mei alium Capellanum idoneum, infra quindecim dies a tempore mortis seu resignacionis, ad eandem Cantariam presentem, vel presentent Capitulo beati Wilfridi de Ripon, per quod quidem Capitulum volo quod predictus Capellanus admittatur et instituatur, et sic de herede meo in heredem et de successore in successorem (in perpetuum).[1] Volo eciam et concedo pro me et hered. m. quod si ego vel hered. mei in aliqua vacacione contingentes (**20 v.**) remissi vel necligentes fuerimus ad presentandum infra tempus limitatum a tempore vacacionis seu resignacionis vt predictum est, quod Capitulum (ecclesie)[1] de Ripon eandem Capellam cum terris, tenementis, prato, et redditu predictis ad predictam Cantariam faciendam alicui Capellano idoneo conferat illa vice absque contradiccione mei vel hered. meorum, saluo nobis alias jure presentandi cum tempus vacacionis acciderit. Et ego et heredes mei predicta mesuagia, terras, pratum, et redditum, cum omnibus suis pertinenciis, predicto d'no Will'mo et successoribus suis Capellanis in forma predicta contra omnes gentes warantizabimus in perpetuum. In cuius rei testimonium hanc cartam meam in tres partes fieri feci diuisam, ad quarum quidem vnam partem quam volo quod penes predictum d'nm Will'm et successores suos remaneat, Et eciam ad aliam partem eiusdem quam volo quod penes Capitulum eccl. de Ripon in thesauraria sua in perpetuam huius rei memoriam (remaneat),[1] sigillum meum apposui. Tercio vero parti, quam volo mihi et heredibus meis remanere, sigillo predicti Willelmi appenso. Hiis testibus, d'no Joh'e de Marmyon, d'no Rogero de Nunwyk, d'no Simone Ward, Will'mo de Monketon, Will'o de Aldfeld, Joh'ne Huberd, Nich'o Huberd, Will'mo tinctore, et aliis. Dat. apud Ripon in festo Natiuit. beati Joh'is Bapt. Anno D'ni mill'io trescentesimo vicesimo secundo, et anno regni regis Edwardi (fil. regis Edwardi)[1] quinto decimo finiente.

[1] Inserted later.

(54) COMPOSICIO INTER ECCLESIAM DE FONTIBUS ET ECCLESIAM DE RYPON'.

1216. For spiritual fraternity, etc., printed from the original Chapter MS. in *Mem. Ripon*, I, 247.

21. (55) SENTENCIA DATA PER CAPITULUM EBOR. DE MORTUARIIS.

1280–1, Jan. 30. In nomine Dei, Amen. Ego Robertus de Tackeleya, clericus, gerens vices d'norum Decani et[1] beati Petri Ebor., auditis et intellectis meritis super negocio tangente solucionem mortuarii a defunctis decedentibus in prebenda de Hewyk, quod quidem negocium vertitur inter Canonicos Ripon' et tenentes dicte prebende apud Hewyk, quia compertum est per inquisicionem quod alii homines·villarum existencium in parochia Ripon, tam serui quam liberi, soluunt melius animal pro mortuario siue fuerit equs siue bos, siue aliud animal quodcunque, compertum est nisi[2] per eandem inquisicionem, quod aliquando dati fuerunt equi pro mortuariis decedentium in eadem villa de Hewyk, nec est ostensum nec probatum quod dicti homines de[3] Hewyk ab huiusmodi prestacione mortuarii plus quam alii homines dicte parochie sint immunes, sentencialiter diffino et discerno, quod melius animal siue fuerit equs siue aliud animal quodcunque soluatur pro mortuario pro corporibus decedencium in villa predicta de Hewyk de tenura beati Petri. Dat. apud Ebor. iij^o kal'n Februar. Anno d'ni M^mo cc^mo octogesimo. In cuius rei testimonium et ad perpetuam rei memoriam sigillum Capituli huic presenti sentencie est appensum.

(56) CARTA DE QUADAM LAMPADE INUENIENDA.

c. 1235. Printed from Darnbrough MS. in *Mem. Ripon*, I, 293. Ingilby MS. reads "Adam Outy," "tenebunt," "Sorays."

---

[1] "Canonicorum" omitted.

[2] "Nisi" seems here to mean *besides*, or *moreover*, on which sense see Ducange.

[3] "de" repeated in MS.

(57) STATUTUM ARCHIEPISCOPI (TURSTINI) DE PREBENDIS.

Printed from Darnbrough MS. in *Mem. Ripon*, I, 293. 1114-1140.

(21 v.) (58) LITERA D'NI ARCHIEPISCOPI (ROGERI DE PONT L'EVEQUE) DE PECUNIA.

Printed from Darnbrough MS. in *Mem. Ripon*, I, 97. 1154-1181.

(59) BULLA (INDULGENCIE).[1]

Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, Vniuersis xpi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem et apostolicam benediccionem. Licet Is de cuius munere venit vt sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota beneseruientibus multo maiora retribuat quam valeat promereri, nichilominus tamen cupientes reddere Domino populum acceptabile, fideles Xpi ad complacendum ei quasi quibusdam illectivis premiis indulcenciis scilicet et remissionibus inuitamus vt exinde reddantur diuine gracie apciores. Cupientes itaque vt eccl. Ripon' Ebor. Deoc. congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam ipsam in Sancti Joh'is Apostoli et Ewangeliste in cuius est constructa honore[2] ac beati Wilfridi, cuius corpus in eadem ecclesia prout asseritur est reconditum, festiuitatibus, necnon et in anniuersario die dedicacionis eiusdem ecclesie causa deuocionis accesserint annuatim, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, centum dies de iniunctis sibi penitenciis relaxamus. Dat. Anagnie,, v kl. Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

Pope and date uncertain.

The body of St. Wilfrid is in the church "prout asseritur."

22. (60) BULLA (D'NI PAPE).[1]

Innocencius ep'us, s. s. Dei, dilectis filiis Tesaurario, R. penitenciario, et W. Canonico Ebor., salutem et

1215, Dec. 11. Innocent III.

[1] Partly erased.

[2] There appears to be some mistake here.

A dispute between the Chapter and Fountains Abbey is to be brought to an end.

apostolicam benediccionem. Canonici Ripon' ecclesie nobis conquerendo monstrauerunt quod Abbas et conuentus de Fontibus, Cisterciensis ordinis, Ebor. dioc., super quamdam summam pecunie ac rebus aliis iniuriantur eidem, Ideoque discrecioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audiatis causam et appellacione remota usuris cessantibus fine debito terminetis, facientes quod decreueritis per censuraram (*sic*) ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio, uel amore subtraxerint, per censuram eorundem, cessante compellacione, cogatis veritati testimonium perhibere, quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Lateran. iij° Idus Decemb. Pontificatus nostri anno octauodecimo.

1191, May 20. Celestine III. A married clerk to be removed from Nidd Chapel.

(61) BULLA (D'NI PAPE).[1]

Printed, from a notarial transcript, in *Mem. Ripon*, I, 116. Ingilby MS. has the readings "Chircheham," and for "eidem facta," "idem facit."

1241, Sept. 16. Archbishop Walter Gray confirms the Church of Nidd to the common fund of the Chapter.

(62) CONFIRMACIO CAPELLE DE NIDD.

Omnibus xpi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Walterus Dei gracia Ebor. Archiepiscopus, Anglie primas, salutem in D'no. Noueritis quod cum dilecti in xpo filii Capitulum Ripon' Ecclesie peterent a nobis Ecclesiam de Nid sibi confirmari ad suam communam, nos, eorum peticioni liberaliter annuentes, eandem ecclesiam eis autoritate pontificali duximus confirmandam, quod ut ratum et stabile perseueret, presens scriptum fecimus sigilli nostri munimine roborari, Testibus magistris Joh'ne de Langton, Canonico Ebor., et Will'mo de Seuendon Canonico Suwell, Waltero de Castell (**22 v.**) Capellano, Reginaldo de Stow, Thoma de Stanford, Alano de Hesil, Rogero de la Leye, clericis nostris, et aliis. Dat. Rypon', sextodecimo kl. Octob. Pontificatus nostri anno vicesimo sexto.

[1] Partly erased.

(63) CIROGRAFFUM DE CAPELLA DE NID.

Capitulum S'ci Wilfridi de Ripon' omnibus has literas visuris vel audituris, salutem in xpo. Vniuersitati vestre notum fieri volumus quod concessimus et dedimus Waltero de Nouill, clerico, Capellam de Nid in vita sua, tenendam de nobis sub annuo censu x solidorum, de quibus quinque solidos soluet beato Wilfrido et nobis in festo S'ci Martini, alios quinque ad Pent. super altare S'ci Wilfridi. Et ipse Walterus per inuestituram nostram recepit prescriptam capellam de nobis sub predicto censu, sicut dictum est, tenendam, prestito nobis juramento fidelitatis et nominatim super hac capella et pretaxata pensione. Hiis testibus, Nicholao, Gilberto, Henrico, Milone, canonicis de Ripon', Ranulfo persona de Brigehal, Stephano, Osberto, Andrea, Roberto, Waltero, presbiteris, Alano capellano de Nid, Mag. Herb. Bertr. Herberto, deaconis, Will'o Medico, Rodgero de Lindeseia, subdeaconis, Will'mo filio Gamell, Hugone filio Petri, Rogero de Nunwik, Ric. filio Will'i Chay Trencheuent.

12th cent.; see No. 65. The Chapter confer the Church of Nidd on a clerk who shall pay them 10s. a year.

Brignall, near Richmond.

(64) CONFIRMACIO ALTARAGII DE NID.

Vniuersis xpi fidelibus ad quos presens scriptum perueuerit, Capitulum beati Wilfridi Ripon', salutem in D'no. Noueritis nos cum communi consilio et assensu Capituli, concessisse et dedisse d'no Roberto de Ponteburgo, Capellano, Altaragium Capelle de Nid, cum terra, prato, et cum omnibus aliis rebus predicte Capelle pertinentibus, exceptis decimis garbarum et feni de parochianis de Nid. Tenend. et habend. predicto d'no Roberto adeo bene, libere, et integre, quod nos tenere consuevimus, in tota vita sua. Reddendo inde per annum predicto Capitulo xxs. argenti, videlicet medietatem ad Pent. et aliam medietatem ad festum S'ci Martini in hyeme. Et idem d'ns Robertus deseruiet Capelle per se vel per alium idoneum primo presentatum Capitulo et approbatum, si predictus Robertus fuerit infirmus vel alio negocio legitime prepeditus. Et si alia

1312, Oct. 23. Grant of the altarage, etc., of Nidd, (reserving great tithes) to a chaplain who shall pay them 20s. a year.

promocio ei peruenerit, licitum erit ei tenere et habere pro sua voluntate. Ita quod terra et tenementa dicte Capelle pertinencia in adeo bono statu dimittet quo ea recepit die introitus sui, vel meliori. In cuius rei testimonium parti penes predictum (23) d'nm Robertum remanenti sigillum Capituli nostri est appensum; parti vero penes d'cm Capitulum remanenti sigillum dicti d'ni Roberti est appensum. Dat. apud Rypon' x° kl. Nouemb. anno D'ni M^{mo} ccc^{mo} xij^{mo}.

(65) REFORMACIO LITIS DE CAPELLA DE NID.

1178, Aug. 22. The Abbot [of] Rievaulx requested [b]y the Pope [t]o arbitrate.

S(ylvanus)[1] Abbas Rieuallensis et magister Vacar' omnibus has literas visuris vel audituris, salutem. Cum controuersia esset inter Capitulum S'ci Wilfridi de Ripon' et Walterum de Nouell clericum, super capella de Nid, et receperimus literas d'ni pape nobis ex parte prefati Capituli porrectas paruitati nostre apostolica auctoritate iniungentes quod si nobis constaret memoratum Capitulum prescriptam Capellam aliquandiu possidisse et prefatum W. absque assensu ipsius Capituli post appellacionem ad audienciam d'ni pape factam eandem ingressum esse, ipsam cum fructibus inde perceptis dicto restituerimus Capitulo; partes post citacionem a nobis factam sic inter se de assensu d'ni Archiep'i Ebor. (Roger.) Apostolice sedis legati in cuius deocesi ipsa Capella sita est, sub presencia nostra conuenerunt,[2] quod ipse W. dictam Capellam in vita sua nomine prescripti Capituli sub annuo[3] censu x solidorum tenebit,[4] ex quibus quinque solidos in festo S'ci Martini, quinque vero ad Pentecosten annuatim persoluet. Et quod hanc conuencionem firmam et illibatam seruabit, interposita fidei religione promisit quod vero causa ista nobis a summo pontifice commissa fuit, vt eam, mediante iusticia, terminaremus, nostreque voluntati erant discordantes ad concordiam revocare magis quam lites et iurgia, fouere pacem et concordiam inter prefatos litigatores ut dictum est reformatam; ratam et firmam habuimus et autoritatem nostram accomodauimus. Acta

[1] "S." only in MS. [2] MS. has "conuen'it." [3] MS. has "Anno." [4] See No. 63.

sunt hec Ebor. in Capella Rogeri Ebor. Archiep'i, apostolice sedis legati, anno ab Incarnacione D'ni mmo cmo lxxmo viijuo, xjmo kl. Septembr. Hiis testibus, Angoto Magistro Scolarum Beuerlacen', Ad. de Thornour Canonico Ebor., Mag' Michael Can. de Suwell, Hug. de Tilli, Rob'to de Ver, Helia de Rameuill, Mag' Accelino, Hug. fil. Will'i, Tosti, Nigello, Will'o Juniore de Tilleniis, Clericis, Waltero Franc, Hamone Campione, laicis.

(66) ACQUIETACIO ECCL. DE RIPON' DE SECTA ASSISE.

c. 1228. Nota quod Stotevil vnus iusticiarius d'ni regis.

Printed from original MS., in *Mem. Ripon*, I, 321. Ingilby MS. reads "Omnibus ad quos," "Wapintak."

(67) NIDD. (Sale of advowson to the Chapter).

1246, Sept. 5. Nidd. Nota.

23 v. Sciant pres. et fut. quod ego Rob. de Stuteuil remisi et quietum clamaui de me et hered. meis Capitulo Ripon' totum ius et clamium quod uendicaui[1] in aduocacione Capelle de Nid, et quod michi et hered. m. aliqua racione vel occasione aliquo tempore competere posset, recognoscendo ipsam Capellam pure et absolute spectare ad ecclesiam beati Wilfridi Ripon', ita quod nec ego nec hered. m. aliquid iuris in aduocacione ipsius Capelle nullo tempore vendicare poterimus. Pro hac autem remissione quieta clamacione et recognicione dictum Capitulum Ripon' dedit michi decem marcas sterlingorum, et recepit me et animas antecessorum et successorum meorum in omnibus beneficiis et suffragiis que in ipsa fiunt Ecclesia in perpetuum. Et vt omnia hec supradicta rata et firma permaneant in perpetuum, presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, d'no Will'o de Ebor. preposito Beuerl', d'nis Henr. de Ba, Rogero de Thurkelby, Gilberto de Preston, d'ni Regis Justiciariis, Will'o de Wydindon, Waltero de Ludham, Saerio de Sutton, Henr. de Eyuill, Rob'to de Thweng, Philippo de Londoniis, Simone de Londoniis, ciuibus de Beuerlay, Will'o de Bradley, Rob'o de Eyuil, Will'mo Clement, tunc balliuo de Beuerlay, et aliis. Anno gracie mmo ccmo xl sexto, apud Beuerlay, quinto die Septembris.

Purchased for 10 marks.

[1] MS. has "mēdicaui."

(68) b.[1] REDDITUS DE CAPELLA DE NID.

1325, May 17. Chapter grant great tithes to Vicar, who is to pay them 16 marks a year.

Capitulum eccl. Ripon' vniuersis xpi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris, salutem in eo quem peperit vterus virginalis. Noueritis nos concessisse et dimisisse d'no Roberto de Burghbrig, perpetuo vicario de Nid, omnimodam decimam garbarum et feni de Nid que ad nos pertinet vel de iure pertinere deberet : tenend. et habend. eidem d'no Roberto bene et in pace vsque ad terminum vite sue. Reddendo inde per annum nobis et successoribus nostris sexdecim marcas sterling. ad festa Inuencionis S'ce Crucis et Natiuitatis S'ci Joh. Bapt. per equales porciones. Et si contingat predictum d'nm Rob'tum per d'nm (24) Regem vel per aduentum Scottorum de predicta decima dampnum seu perdicionem, quod absit, incurrere, volumus, et pro nobis et succ. n. concedimus quod secundum discrecionem proborum et legalium hominum eidem d'no Rob'o de dicto dampno in solucione nobis facienda debita fiat allocacio, et nos et successores nostri predictam decimam eidem d'no Rob'to vsque ad terminum vite sue in forma predicta contra omnes gentes warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium parti huius scripti penes predc'm d'nm Rob'tum remanenti sigillum nostrum apposuimus et alteri parti penes nos remanenti d'cus d'ns Rob's sig. suum apposuit. Hiis testibus, d'nis Thoma de Hornby, Andr. de Vsburn, Ric. Tannure, vicariis, d'no Alano de Ripon', Capellano, d'no Ric. de Thornton, Capellano, et aliis. Dat. in Capitulo Ripon' xvij^mo^ die mensis Maij anno D'ni Mill'imo ccc^mo^ vicesimo quinto.

(69) a.[2] NIDD. (Advowson confirmed to the Chapter).

1246, Sept.

Hec est finalis concordia facta in Curia d'ni Regis apud Beuerlacum die Martis prox. post festum S'ci Egidii anno regni Regis Henrici fil. Regis Joh'is tricesimo,

[1] The reference letters a, b, are meant to shew that the order of the two documents to which they are attached is to be reversed.

[2] See note on b, above.

coram Rogero de Thurkelby et Gilberto de Preston, Justiciariis itinerantibus, et aliis d'ni Regis fidelibus tunc ibi presentibus, Inter Rob'tum de Stuteuill, petentem, et Capitulum Ripon', tenentem, per Petrum de Fikelden Capellanum positum in loco ipsius Capituli ad lucrandum vel perdendum de aduocacione ecclesie de Nid cum pertinenciis, vnde placitum fuerit inter eos in eadem Curia, scilicet quod predictus Rob'tus recognovit predictam aduocacionem eiusdem ecclesie cum pertinenciis esse Jus ipsius Capituli et Ecclesie de Ripon'. Et illam recognovit et quiet. clamavit de se et hered. s. pred. Capitulo et Eccl. predicte in perpetuum. Et illud Capitulum recepit pred. Rob'tum et hered. s. in singulis beneficiis et oracionibus que de cetero fient in ecclesia predicta in perpetuum.

(70) Carta de lumine tumbe S'ci Wilfridi.

c. 1216–1234; see No. 72.

De lumine tumbe beati Wilfridi.

Sciant omnes, tam pres. quam fut., quod ego Galfrid de Larder, Canonicus Ripon', dedi, concessi, et presenti carta mea confirmavi in pur. et perp. el. ad sustentacionem luminis tumbe beati Wilfridi, pro anima mea et benefactorum meorum et pro anima Ade Warth et antecessor. suorum, redditum annuum duorum solidorum recipiend. custodi dicti luminis in perp. de Adam Ward et de hered. vel assignatis suis, scilicet ad Pentec. duodecim denarios, et ad festum Sancti Martini in hyeme xij denarios (**24 v.**) scil. pro terra in Ripon' que iacet versus molendinum del Est, quam idem Adam tenuit quondam de Margareta filia Henr. de Screuyn pro ijs. annuis, quem redditum predicta Margareta michi vendidit. Hiis testibus, Mag'ro Laurencio, Canonico de Rypon', Rob'o filio Galfridi, Rob'o de Capella, Will'o de Masham, Jeronimo, Joh'e, Ranulfo, Rob. Scot, capellanis. Huguncione, Andrea, diaconibus, Adam Outi, Rob'o de Monketon, Joh'ne de Hilton, Will'o et Thoma de Cluther', Gilb'o de Mortimer, Joh'e Russell preposito, Galfrid de Gilling, Nich'o et Simone Castlok, Thorphino parmentario, et multis aliis.

(71) CARTA DE EODEM.

c. 1216–1234; see No. 72. Sciant pres. et fut. quod ego Galfridus de Larder, Canonicus Ripon, dedi conc. et h. p. c. m. conf. in perp. el. ad augmentum luminis tumbe beati Wilfridi, totam terram in eadem villa que est de prebenda mea post sepes que olim fuerat Aldelini de Prestlay, preter terram quam dederam ante Thome de Skelton coco meo, que durat a domo dicti Thome vsque terram que fuerat olim Aluene et Alicie de Grengelay versus orientem ; habend. et tenend. custodi predicti luminis, reddendo inde annuatim Waltero de Hawes et hered. s. ijd. annuatim pro omni seruicio et exaccione et demanda, scil. medietatem ad Pent. et med. ad festum S'ci Martini, ita quod totum residuum emolumenti predicte terre cedat in vsum et comodum predicti luminis sine diminucione. Et, vt hec mea donacio rata et stabilis permaneat, huic carte sigill. m. apposui. Hiis testibus, Mag'ro Thoma de Kirkeby, Will'o de Masham, Petro de Aywilla, tunc balliuo, Rob'o de Biscopton, d'no Jeronimo, Will'mo, Joh'ne, vicar., Simone Castlok, Waltero filio Bernardi, Rob'to Dispensatore, Gilberto Vinitario, et multis aliis.

(72) CARTA DE EODEM.

1233, Feb. 10. Sc. omn. tam pr. quam fut. quod ego Galfridus de Larder Canonicus Ripon' dedi, conc. et h. p. c. m. conf. in pur. et perp. el. eccl. S'ci Wilfridi de Ripon' ad sustentacionem cerei tumbe illam medietatem tofti in Staynbrigat in Ripon' quam emi de Alicia quondam vxore Hugonis de Barton in viduitate sua, reddendo Canonico domino eiusdem feodi in Inuencione S'ce Crucis

A pint of ale. j sextarium ceruisie per annum pro omnibus seruiciis ad (25) eum pertinentibus. Et preterea j toftum quod adiacet tofto Aluine de Gringel' versus occidentem de eadem prebenda, Reddendo inde d'no eiusdem prebende iiijd., ijd. ad Pent. et ijd. ad fest. S'ci Martini annuatim pro omni seruicio ad eum pertinente. Et preterea iuxta domum Aldus' Brun terram proximo adiacentem versus aquilonem, Reddendo inde annuatim Rob'o fabro

et hered. s. iiijd. scil. ad Pent. ijd. et ad f. S. M. ijd. pro omni serv. ad eum pertinente. Et proximo iuxta (versus)[1] aquilonem, terram quam emi de Will'mo de Moubray, reddendo inde annuatim Waltero de Bawes et hered. s. (ij)[1] denar. per annum, scil. jd. ad Pent. et jd. ad f. S. M. pro omni serv. ad eum pertinente. Et proximo juxta versus aquilonem, terram quam emi de Aldus' sorore Aldelini de Prestesle, cuius seruicium dictus Aldelinus dedit caritatiue predicte ecclesie in pur. et perp. el. ad id lumen sustentand. Predictas vero parcellas terrarum cum omn. pertin. suis dedi pred. ecclesie, ita quod capellanus meus assignatus et assignandus ad celebrand. in ea in perp. pro fidelibus defunctis, preter prenominata seruicia, reddit iijs. per annum ad sustentacionem cerei dicte tumbe, scil. ad Pent. xviijd. et ad f. S. M. xviijd. In huius autem rei robur et testimonium huic scripto sig. m. apposui. Hiis testibus, Mag'r Laurenc' et Will'o Rom' Canonicis Ripon', Ranu', Joh'e, Will'mo, Rog', Rob'o, Jeronimo, Capellanis; Will'o, Matheo, Rob'o, Ric', Edward, diaconis, Gaufr'o, Rob. Gilling subdiaconis; Will'o de Wethindon tunc Senescallo, Thoma Clerico tunc Balliuo, Joh'e Russell tunc preposito, Rob'o filio Aldr', Rad. fabro, Ad. Outi, Ric. Inbreuiatore, et aliis. Et sciendum hoc factum fuisse Anno gracie m^mo cc^ino xxx^mo iij^o. In die S'ce Scolastice virginis.

(73) CONFIRMACIO WALTERI ARCHIEP'I EARUNDEM CARTARUM.

Omnibus xpi fidelibus ad quos pres. scr. peruenerit, Walterus Dei gra. Ebor. Arch. Anglie primas, salutem in D'no. Inspectis (etc., *as in Gray's Register, p.* 237, *but with the readings* "Winkesle"; "Aldelini"; (**25 v.**) *for* "consensu capituli," "concessu Ap'lici"; *after* "scripti," "nostri" *is omitted*). Quod ut ratum et stabile perseueret in posterum, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testibus, D'no J(ohanne) Mannie 1230, June 19.

[1] Inserted.

et Insularum ep'o, Mag'ro Galfrido de Larder Canonico de Ripon', Mag'ris Simone de Euesham et Laurencio de Lincoln, Will'o de Vescy, Jordano de Bingel', Joh'ne de Sallay, Rob'to de (*sic*)[1] Laur' de Ripon' capellanis, Galf. de Bocland et Reginald de Stow, clericis, et aliis. Dat. apud Ripon' per manum[2] eiusdem Simonis, xiij^mo^ kal. Julii, Pontificatus nostri anno xv^mo^.

(74) CARTA WILL'I FILII ROB'I DE EODEM.

c. 1233. Omn. hoc. scr. visuris vel audituris, Will's fil. Rob'i, salutem. Noueritis me, procurante Mag'ro Galf. de Lard' Can. Ripon', luminis tumbe b. Wilfridi sustentatore, dedisse in perp. el. eidem lumini sustentando toftum integre quod ad me iure hereditario deuenit in Ripon' retro sepes, Reddendo inde annuatim heredibus Aldelini de Prestele, ijd. pro omni seruicio et demanda. Hanc donacionem ecclesie beati Wilfridi presenti carta mea sigillo meo signata ut rata perseueret in perp. confirmaui. Hiis testibus, Ranu', Roberto Sureis, Rob'o fil. Galf., Will'o de Masham, Joh'e de Salley, Laur., Helia, Capellanis, Joh'ne Russel et W. de Biham tunc prepositis, Will'o de Gaugi, Rob'o, Joh'ne, Diaconis, et aliis.

(75) CARTA ROB'I TALYOR DE EODEM.

c. 1233. Omn. h. l. vis. vel. aud. Rob's Talyor de Ripon', salutem. Sciatis quod ego totum jus quod habui vel habere potui in terra proxima adiacente tofto Aluine de Gringele, quam Garinus pistor quondam habuit in Ripon' abut . . . .[3] raui et quietum clamaui eccl. b. Wilfridi de Ripon, scil. ad augmentum luminis cerei tumbe quod Magr. Galf. de Lard' eiusdem eccl. canonicus inueniend. prouidit, ita quod nec ego nec hered. mei aliquid in dicta terra vendicabimus, saluo seruicio iiijd. ad Pent. et ad f. S. M. reddendorum dicto Magistro G. canonico et suis successoribus pro omni serv. et den. In huius **(26)**

[1] No witnesses in Gray's *Register*.
[2] So in Gray's *Register*, and rightly. Ing. MS. has "annum."
[3] An accidental omission in the MS.

autem rei robur et testimonium huic carte sig. m. apposui. Hiis testibus, Mag'ris J. Rom., Laur', Will. fil. Steph'i, Canonicis Ripon', Ranu', Joh'ne, Will'mo, Rob'to, Capellanis, Rob'to fil. Aldredi, Will'o de Gaugi, Walt' de Hawes, et aliis.

(78) GRANT OF A MARRIAGE PORTION (on a slip sewn to fol. 26.

Sci. omn. tam pres. quam fut. quod ego Aldelinus fil. Ric. Lemet dedi, conc., et h. p. c. m. conf. Rob'to de Midelton cum sorore mea in libero maritagio, vnum toftum quod iacet inter toftum Elie clerici et toftum Warini pistoris, tenendum de me et her. m. li. et qui. Reddendo michi anuatim et her. m. iiij^{or} d. pro omni seruicio, faciendo forins. seruic., scil. ijd. ad Pent. et ijd. ad f. S. M. Et ego Alidel. et her. mei war. pred. Rob'o et her. s. contra omnes homines. Hiis testibus, Will'o de Bingham, Ad. fil. Hacluit, Nich. fil. Thoraldi, Warino pistore, Steph'o Capellano, Will'o Godsight, Will'o Belward, et multis aliis.

(76) SCRIPTUM DE EODEM (sc. lumine tumbe S. W.).

Hoc scriptum cyrograffum testatur quod Rog' de 1285, Mar.
Caue, Capellanus, custos luminis tumbe S'ci Wilfridi Ripon', ex voluntate et concensu Capituli S'ci Wilfridi loci predicti, concessit et p. c. conf. Patricio de Braferton, clerico, totam terram illam cum pert. in Ripon' que iacet retro curias inter terram pred. Patricii et terram quondam Hugonis Capellani, Habend. et tenend. pred. Patricio et her. s. vel eorum assignatis, li. qui. bene et in pace in perp., Reddendo inde per annum Rogero fabro de Staynbrigat. et her. s. jd. argenti, scil. j ob. ad Pent. et j ob. ad f. S. M. in hyeme. Et Simoni Herman et her. s. vnum denarium argenti ad eosdem terminos predictos. Et custodi luminis prefate tumbe qui pro tempore fuerit, vs. argenti ad terminos predictos pro omn. rebus aliis pred. terre pertinentibus. Predictus uero Patricius concedit pro se et her. s. quod bene licebit prefato custodi

pred. terram stringere et districciones retinere pro firma predicta quociens opus fuerit sine reclamacione vel inpedimento pred. Patricii et her. suorum vel assign. s. In cuius rei test. parti penes pred. Patr. remanenti dictus Rog' de Caue sigill. s. vna cum sigillo Capituli predicti apposuit. Parti vero que penes dictum Rog' de Caue remanet pred. Patr. sigillum suum apposuit. Hiis testibus, d'nis Mag'ro Thoma de Wakfeld, Rog. de Ripon', Canonicis, Joh'e de Stapilford tunc balliuo de Ripon', Will'o de Cluther', Will'o tinctore, Rob. de Miton, Bernard de Swaynby, et aliis. Dat. die Veneris prox. ante festum S'ci Gregorii pape. Anno Dom. m^{o} cc^{mo} octogesimo quinto.

(77) DE CANTARIA ALTARIS S'CI ANDREE.

c. 1234. Nouerint vniuersi tam pres. quam fut. quod ego Will's de Lard' fil. Cristine de Ripon' dedi, conc. et p. c. conf. Hugoni capellano et succ. s. capellanis deseruientibus altari S'ci Andree in eccl. de Ripon' et ibidem celebrantibus diuina pro fidelibus defunctis, vni post alium successiue, in perp. el., totam terram meam super (**26 v.**) Speltre quam ego tenui de Joh'ne de Lanum ; Reddendo inde annuatim eidem Joh'i et her. s. sex den., iijd. ad f. S. M. et iijd. ad Pent., pro omn. serv. et exaccione seculari. Ego eciam Will's dedi et conc. et h. p. c. conf. pred. Hugoni et succ. s. prenominatis in perp. el., vnam rodam et dimidiam terre cum pertinenc. que fuerunt Matilde Discy, que iacent super Branteker inter terram que fuit d'ni Nich'i de Hewik, militis, et terram que fuit Ruffy, et protendit se in longum vsque ad viam que vocatur Kirkegat. Ego eciam Will's dedi, conc., et h. p. c. conf. pred. Hugoni et successoribus prescriptis, in perp. el., illam dimidiam acram terre cum pertinenciis super Speltre quam dictus Nich's dedit fabrice eccl. b. Wilfridi ; Reddendo inde annuatim eidem fabrice ijd., vnum ad f. S. M. et vnum ad Pent. Ego eciam Will's dedi, conc. et h. p. c. conf. predicto Hugoni et succ. s. prescriptis, illud toftum in Staynbrigat quod fuit Nades,

iacens inter toftum Rob'ti Morne et toftum quod fuit Will'mi Russell, Reddendo inde annuatim Mag'ro Galfrid de Larder et succ. s. Canonicis decem denarios, quinque ad Pent. et quinque ad f. S. M. Et ibi in Staynbrigat illud toftum cum pert. quod fuit Will'i Russel, iacens inter toftum pred. Nades et Will'i Piknot, Reddendo d'no Ric. de Yarum et succ. s. Canonicis inde annuatim iiijd., ij ad f. S. M. et ij ad Pent. Ego eciam Will's dedi et conc. et p. c. conf. sepe dicto Hugoni et succ. s. prenominatis, illud toftum retro sepes quod Alicia de Gringele dedit d'no meo Mag'ro Galf. de Lard', Reddendo inde annuatim dicto mag'ro Galfrid et succ. s. Canonicis, sex den., tres ad f. S. M. et tres ad Pent. Omnia vero predicta ego Will's dedi, conc., et h. p. c. conf. pred. Hugoni et succ. s. sicut prescriptum est, Reddendo tamen inde annuatim clericis chori de Ripon' ijs. distribuend. in die obitus Galfr. de Lard' d'ni mei hoc modo, Capellano qui illo die celebrabit missam ad missam capituli, ijd., et singula aliorum vicariorum jd., et singul. diaconum et subdiac. jd., et duobus ceroferariis jd., turribulario jd., et margalario jd. In huius autem rei robur et omnium cognicionem sigillum meum una cum sigillo capituli presenti carte feci apponere. (27). Hiis testibus, magistro Thoma de Kirkeby, d'no Rogero de Leya, Canonicis, d'no Petro de Dauilla, tunc balliuo, Adam Ward, Joh'ne Clerico d'ni Rog. de Leya, Rob'o de Biscopton, clerico, Will'mo de Stodelay, Simone Castlok, Rob'o de Nunwik, Rob'to de Spenser, et multis aliis.

(79) CONFIRMACIO D'NI ARCHIEPISCOPI EIUSDEM CARTE.

Omn. xpi fid. ad q. pres. scr. peruenerit, Walterus Dei gra. Ebor. Archiep. et Anglie primas, salutem in D'no. Inspectis cartis (etc., *as in Gray's Register, p.* 243, *but Ing. MS. reads* Winkesley, Hug. de Barton, Geremie, Marior', Bethlim, Gamelli, Winkeslay, qui in ecclesia Ripon' missam cotidie celebret pro defunctis . . . et presentis sigilli roboramus . . . vllo nuncquam tempore . . . Quod vt ratum et stabile perseuerunt (*sic*) in posterum, presens

1234, Feb. 24.

De cantar[ia] altaris bea[ti] Andree.

scriptum sigilli nostri apposicione dignum duximus roborandum. Hiis testibus, Magistris de Suell Canonico Ebor. et R. Haget Canonico de Suell, Magistris L. de Topkif (*sic*), W. Romano, Canonicis Ripon', Will'o de Vescy, Matheo de Cantebut, Odone de Richem', Martino Flandr', Regin'l clerico, Rob'to de Bedford, et multis aliis. Data apud Rypon, vj kl. Mart. pontificatus n'ri anno nonodecimo.

(80) CARTA EIUSDEM (cantarie).

. 1233. e eadem :aria. Sc. pr. et fut. quod ego Joh. fil. Rob. de Lanum conc. (27 v.) et p. c. conf. Hugoni capellano de Ripon, totam terram cum pertin. super Speltre quam Galfr. de Larder Canonicus Ripon' de me tenuit, ten. et hab. eidem H. et assign. s., scil. capellanis deseruientibus Altari S'ci Andree in Ripon' celebrantibus ibidem diuina pro fidelibus defunctis vni post alium successiue in perpetuum. Reddendo michi et her. meis vel successoribus annuatim sex denarios pro omni serv. et dem., scil. tres den. ad fest. S'ci M. et tres d. ad Pent. Et ego Joh'nes et her. m. war. et def. pred. capellanis pred. terram cum pert. contra omn. hom. et fem. in omnibus inperpetuum pro pred. servicio. Hiis testibus, Will'o de Masham, Rob'to Sarrays, Hug', Matheo, Jeronimo, Capellanis, Joh'ne de Lounders, Ric' de Cardolye, Gilb. de Mortimer, Will. de Stodeley, Tho. de Cluther', Rog. de Nunwik, Simone de Monketon, et aliis.

(81) CARTA DE EODEM.[1]

:. 1233. Joh. fil. Rob. de Lanum . . Will. fil. Xpiane de Ripon (*as in the last, with same witnesses, and* Rob. fil. Galfr., Rog' le Sainter, Will'o fil. ejus).

(82) CARTA DE EODEM.

:. 1233. Sc. pr. et fut. quod ego Joh. fil. Rob. de Lanum ded. conc. et p. c. m. conf. Mag'ro Galfr. de Lard' Con. (*sic*) Ripon', totam terram m. super Speltre in perp. el. ad sustentacionem vnius Capellani qui celebret divina pro animabus patris m. et matris m. et pro an. omn. fidelium

[1] So in MS. always, without regard to gender.

ad altare S'ci Andree in Ripon, vni post alterum successive. Reddendo inde (28) michi et her. m. vel succ. annuatim vjd. pro omni ser. et dem. que terre possint accidere, scil. tres den. ad Pent. et tres den. ad f. S. M. Et ego Joh. de Lanum et her. m. war. et def. totam pred. terram pred. Galfr. et capellanis omnibus vni post alterum in perp. sicut pred. est pro pred. firma. In huius autem rei robur et testim. huic scripto sig. m apposui. Hiis testibus, Petro de Eyuill tunc balliuo Rypon, Will. de Stodelay, Sim. de Munketon, Rob. de Biscopton, clerico, Sim. Castlok, Rob. de Spenser, Gilb. vinitario, Walt. de Biscopton, Rob. de Nunwyk, Walt. fil. Bernardi, et multis aliis.

(83) CARTA MAGISTRI GALFRIDI DE LARDER DE EODEM.

Omn. S. M. e. filiis, Galfr. de Lard' Can. eccl. Ripon, sa. etern. in Domino. Noueritis me ded. conc. et p. c. conf. Will. fil. Xpiane de Ripon illud toftum in Staynbrigate quod iacet inter toftum Will'i Piknot et toftum quod fuerat Nades. Ten. et hab. pred. W. et s. assign. post eum, scil. capellanis deseruientibus ad altare S. Andr. pro fidelibus defunctis in perp. Redd. inde annuatim Mag'ro Tho. de Kirkeby et succ. s. Canonicis (ecclesie)[1] Ripon' iiij^or^ den. pro omn. serv. et cons. ad pred. terram pertinente, scil. ijd. ad Pent. et ijd. ad f. S. M. In c. r. t. et robur huic scripto sig. m. apposui. Hiis testibus, d'no Petro capellano d'ni Archiep'i, Galfr. de Bocland Can. eccl. Ripon, Will. de Masham, Jeronimo, Joh'e, Ric', Simone, Waltero vicariis, Rob'o Morne, Rob'o Brokenban, Will'o Pikenot, Joh'ne fabro, Adam Pog, Thoma Coco, et multis aliis.

c. 1233.
De cantar beati Andre

(84) CARTA DE EODEM.

Sc. pr. et fut. quod ego Galfr. de Lard' Can. Ripon' dedi, conc., et p. c. conf. Will'o clerico fil. Xpiani de Ripon', illud toftum in Staynbrigate quod emi de Adam filio Galfr. Carectarii, habend. tantum in vita sua, et post

c. 1233.

[1] Inserted.

decessum eius vel resignacionem eiusdem tofti assignaui illud capellanis deseruituris pro fidelibus defunctis altari S'ci Andree in Ripon', vni post alterum in perp. (**28 v.**) Redd. inde annuatim canonico eiusd. prebende xd. pro omni re et serv. ad pred. terram pertinentibus, scil. vd. ad Pent. et vd. ad f. S. M. in hyeme. Hiis testibus, d'no Petro Capellano d'ni Archiep'i, d'no Galf. de Rokland,[1] d'no Tho. de Kirkeby Canonicis ecclesie, d'no Petro de Eyuil tunc balliuo, Rob'to de Biscopton tunc clerico, Will'o de Masham, Jeronimo, Ric. de Carl', Simone Scotte, Math'o, Hug', Galfrid Raciner, Will'o de Appiby (*sic*) et multis aliis.

(85) SALE OF A TOFT IN STAYNBRIGATE.

c. 1233. Omn. Xpi fid. p. c. visuris vel aud. Mag'r Walt. de Hedon, sa. Sc. me conc. et p. c. conf. et ded. Galf. de Larder Can. Ripon' pro quadam summa pecunie quam michi dedit, illud toftum in Staynbrigate quod fuit Elene quondam vx. Will'i Russel, iacens inter toftum Will'i Piknot et toftum quod fuit nades ; hab. et ten. dicto Galfr. et cui assignare voluerit in perp. Redd. inde annuatim Mag'ro Thome Canonico Ripon' et succ. s. canonic. iiij^or d. sc. duos den. ad Pent. et ijd. ad f. S. M. pro omni serv. et consuetudine ad pred. terram pertinente. In c. r. t. p. c. sig. m. apposui. Hiis testibus, Will'o de Masham, Jeronimo, Waltero, Rob'o Sureys, Simone, Rob'o, capellanis, Petro de Eyuil tunc balliuo Ripon', Rob. et Rog. de Nunwik, Simone Castlok, Rob. de Stow, Rog. et Jon fabris, Ric. Carpenter, Rob'o Thiueler, Rog' de Hoton, Will'o Andre, Will'o Picnote, Rob'o Brokenban, Hunc'one Capellano, et aliis.

(86) CARTA DE EODEM.

Sc. pr. et fut. quod ego Henr. Russel ded. conc. et h. p. c. m. conf. de me et her. m. mesuagium cum pertinenciis quod iacet inter mesuag. Will'i Picnot et

[1] So in MS., by mistake for Bokland. See *Mem. Rip.*, II, p. 245.

toftum nades, Mag'ro Walt' de Hedon et her. s. vel cui assignare voluerit, pro quadam summa pecunie quam prefatus Walt' michi dedit pre manibus in magna necessitate mea, Reddendo Mag'ro Tho. de Kirkeby et succ. s. iiij^or d. p. ann. pro omni serv. et exacc. scil. ijd. in f. P. et ijd. in f. S. M. Et ego et her. m. pred. mesuagium cum pertin. prefato Walt. et her. s. vel cui assignauerit contra omnes homines warantizabimus. In c. r. t. pres. scr. (sigill. m.)[1] duxi apponend. Hiis testibus, Rob'to (29) de Nunwyk, Sim. Castlok, Rob'to Morn, Joh'ne fabro, Will'mo Picnot, Rob'o Aurifabro, et aliis.

(87) CARTA DE EODEM.

Omn. xpi fid. Elena quondam vxor Will'i Russel sa. in D'no. Noueritis me ded. et qui. cla. de me et her. meis Mag'ro Walt' de Hedon et her. suis vel cui assignare voluerit, totum ius quod habui vel habere potui in mesuagio quod iacet inter mesuag. Will'i Picnot et toftum Nades, Redd. annuatim capitali d'no, iiij^or d. pro omni seruicio. (*Warranty clause*). In c. r. t. sig. m. huic scr. duxi apponend. in legitima viduitate mea. Hiis testibus, Rob'to de Nunwyk, Sim. Castlok, Rob'to Morn, Joh. fabro, Will'o Piknot, Rob. Aurifabro.

(88) CARTA DE EODEM.

Sc. pr. et fut. quod ego Adam, fil. Galf. Carectarii de Ripon' vendidi, conc. et h. p. c. conf. Mag'ro Galf. de Larder Can. Ripon' toftum meum in Staynbrigat quid (*sic*) tenui de prebenda eiusdem G., quod iacet inter toftum Rob'i Morn et toftum quod fuit Will'i Russel. Ten. et hab. cum pert. eid. G. et suis assign. vni post alt. in perp. pro viginti quatuor solid. quos michi dedit in meo negocio, Redd. inde annuatim d'no eiusd. prebende Canonico xd., scil. vd. ad f. S. M. in h. et vd. ad Pent. pro omn. serv. et dem. ad eand. terr. pertinente. (*Warranty clause*). Hiis testibus, Mag'ro Tho. de Kirkeby Can. Ripon, Petro de Eyuil tunc balliuo, Will'o de Masham, Jeronimo, Joh'ne, Ric', Simone, Walt', vicariis eccl. Ripon', Rob'to

c. 1233.

[1] Omitted in MS.

Morn, Joh'ne fabro, Rob'to Brokenban, Rob'to Soreys, Ric' Huck, Will'o Soreys, Rog. Saynter, Thoma de Lowthian, Simone seruiente, Will'o Andre, Ric. Carpentar', Rog. fabro, Adam Pogg, Thoma coco, et aliis multis.

(89) DE EODEM.

c. 1233. Omn. S. M. e. filiis humile Capitulum S'ci Wilfridi de Ripon' sa. eternam in D'no. Sc. nos ad presentacionem dilecti fratris et Can. (**29 v.**) nostri Galfr. de Lard' ordinare fecisse Hugonem de Makisey diaconum suum ad ordinem presbiteratus et ad perpetuam Cantariam in eccl. nostra de Ripon' ad altare S'ci Andree, cum se bene et fideliter erga nos gesserit, hoc modo quod per se vel per alium competentem Capellanum celebrabit cotidie missam cum placebo et dirige et commendacione anime ad pred. altare pro animabus Galfr. Archiep. et Will'i, Nigelli, Rog', et d'ne Matilde de Moubray et antecessorum et succ. suorum et omn. fidelium defunct. in perp., et pred. Hugo recipiet stipendia sua, scil. tres marcas annuatim de Will'o Gaugi et hered. vel assign. s. de terris et redditibus quos idem Galfr. ad hoc dedit et assignauit pred. Will'o Gaugi et s. assign. in territoriis de Winkeslay et de Ripon'. Teste Capitulo, Adam Ward, Will'mo Deserd, Will'mo de Stodelay, et multis aliis.

Geoffrey Plantagenet.

(90) CARTA G. DE LARD' DE EODEM.

c. 1233. Sc. pr. et fut. quod ego Galf. de Lard' dedi, conc., et h. p. c. conf. Will'o fil. Cristiane de Ripon' totam terram super Speltre quam tenui de Joh'ne de Lanum, et ibidem dimidiam acram quam Nich's de Hewik, miles, dedit fabrice eccl. Ripon, ten. et hab. pred. Will'o et eius assign. scil. Capellanis deseruientibus Altari S'ci Andree pro fidelibus defunctis, vni post alterum successiue in perp. Reddendo inde annuatim pred. J. de L. et her. vel assign. s. vjd. pro omni seruicio ad ipsum pertinente scil. tres den. ad f. S. M. et iijd. ad Pent., et reddendo fabrice eccl. de supradicta dimidia acra ijd., vnum ad f. S. M. et vnum ad Pent. pro omni seruicio et demanda.

Preterea dedi, conc., et pres. carta mea conf. pred. W. et pred. assignatis s., illud toftum quod iacet ex opposito domus Gilb. de Mortimer in Bondgate integre cum pertin., reddendo inde annuatim fabrice dicte eccl. xijd., et Rob'o de Walirthwayt et Elene vxori eius et her. vel assign. eorum xijd., scil. medietatem ad f. S. M. et med. ad Pent. pro omnibus seruiciis et demandis. In huius autem rei robur et testim. pres. scr. sig. m. apposui. H. t. Will'o de Masham, Rob'o (30) Surreys, Hugucione, Jeronimo, Matheo, Rob. fil. Galfridi, Joh'ne de Lunders, Ric. de Cardolye, Capellanis, Will'o de Stodelay, Gilb'o Mortimer, Ric. fil. Thorphini, Hub'o Carpentario, Rob'to filio Ric. de Bischopton, Rog. le Saynter, Will'o le Saynter, et aliis.

(91) DE EODEM.

Hec carta cirograffata testatur quod Mag'r Galfr. de Lard' Canonicus de Ripon' ded. conc. et p. c. conf. Ric. Carpentar' et Xpiane vxori sue et eor. heredibus vel assign., illam medietatem tofti in Staynbrigate, in villa de Ripon', cum omn. lib. et pert. ad medietatem tofti pertin., sine vllo retinemento, que fuit escaeta pred. Galfr. de Lard' de tofto Alicie quondam vxoris Hug. de Barton versus austrum, faciendo inde seruicium Canonici quantum pertinet ad illam medietatem tofti, scil. xijd. annuatim, scil. mediet. ad Pent. et med. ad f. S. M. Et preterea xijd. ad fabricam eccl.. S'ci Wilfridi de Ripon', scil. ad pred. term. med. ad Pent. et med. ad f. S. M., pro omnibus seruiciis et demandis. Et vt hec donacio rata et stabilis permaneat, h. c. in test. sigill. suum apposuit. H. t. Mag'ro Tho. de Kirkeby Can. de Ripon', Will'mo de Masham, Jeronimo, Joh'ne, Rob'to Surray, Hug', Capellanis, Petro de Eyuill tunc balliuo, Rob'o Clerico suo, Simone Castlok, Rob'o Dispensatore, Rog'o fabro, Will'o Audre, Thoma de Leke, et multis aliis.

Canon's service.

(92) DE EODEM.

Omn. S. M. E. fil. ad quos pr. scr. peruenerit. Humile Capitulum b'i Wilfridi Ripon', salutem. Sc. nos conc. et p. c. conf. Will'o fil. Xpiane de Ripon' et suis assign.

illam di. acr. terre super Speltre cum pert. quam Nich. de Hewyk, miles, dedit fabr. eccl. nostre; Redd. inde annuatim custodi fabr. eiusd. ijd. sc. jd. ad f. S. M. et jd. ad Pent. pro omni seruicio et demanda. Et preterea conc. et p. c. conf. eidem W. et suis assign., illud toftum in Bondegat integre cum pert. quod iacet ex opposito (domus)[1] Gilberti de (30 v.) Mortimer in Bondegate, Reddendo inde annuatim fabr. eccl. xijd. et Rob'o de Walerthwayt et Elene vxori sue et her. vel. assign. eorum xijd., sc. med. ad f. S. M. et med. ad Pent. pro omnibus seru. et dem. H. t., Will'o de Masham, Rob'to Sureys, Hugucione, Jeronimo, Rob'to fil. Galfr., Capellanis, Gilb. de Mortimer, Will'o de Stodelay, Thoma de Clutherum, Rog. de Nunwyk, Simone de Monketon, Rog. le Saynter, Will'o filio eius, et aliis.

(93) DE EODEM.

c. 1233. De redd. in ?ynkeslay.

Omn. S. M. eccl. fil.' ad quos pr. scr. peruenerit, humile Capit. S'ci Wilfr. de Rip', salutem eternam in D'no. Nouerit vniuersitas vestra nos de communi consilio nostro ded. conc., et h. p. c. conf. Mag'ro Galfr. de Lard' concanonico nostro, omn. terr. redd. et possessiones in territorio de Winkeslay per ipsum nobis datas vel adquisitas, cum terra que fuit Goscelini de Stodelay. Hab. et ten. eidem G. et s. assign. in li. et perp. el., quiete, honorifice, integre, cum omn. pert. s. infra villam et extra in omn. rebus et locis, et conferend. quibuscunque et quandocunque voluerit, siue in sanitate sua siue in infirmitate qua moriturus est; Reddendo nobis annuatim ijs. sc. ad Pent. xijd. et ad f. S. M. xijd. pro omni seru. et exacc. ad nos pertinente. In huius autem rei robur et testimonium huic scr. sig. nostrum apposuimus. H. t. Mag'ro Joh'ne de Romano Canon. Ripon', Ranulpho, Rob'o, Jeronimo, Galfr. Matheo, Joh'ne, Capellanis, Rob'to Scott, Ad. Outi, Rob'to Sacrista, Joh'e de Hilton, Thoma et Will'o de Clutherum, Will'o de Stodelay, Will'o fil. Gamel, Will'o, Regin', Joh'ne, filiis Hugoni (*sic*) Will'o de Gaugi, et multis aliis.

[1] Inserted.

(94) RESIGNATION OF A CHANTRY.

44. et Canonicis de Ripon ibidem Deo seruientibus, vnam bouatam terre cum quodam tofto et crofto acram vnam continentibus, de libero feodo meo, illam sc. que fuit vna de duabus bouatis quas Ricard' homo meus tenuit de me, et eundem Ric. cum omni secta sua cum omn. libertatibus ad pred. terram pertinentibus, in puram et perp. el. pro sa. an. m. et antecessor. meor. et pro fraternitate eccl'ie b'i Wilfridi ad opus meum et vxoris mee. H. t. Osberto, Rad', Rob'to Capellanis, et ceteris.

(145) DE EODEM. (Similar grant).

Newby.

Omn. S. M. E. filiis tam pr. quam fut. (Will's)[2] Ward, salutem. Nou. vniu. vestra me pro sa. an. m. et animar. antec. meor. hac carta mea qui. cla. Deo et beato Wilfrido et Canonicis de Ripon', Ric. fil. Osberti hominem meum cum omni secta sua et catallis s. in perp. de me et de her. meis. Sciatis eciam me iurasse coram Capitulo super sacrosancta ewangelia me fideliter hanc qui. cla. tenturum. H. t. Rad. fil. Aldel. et ceteris.

---

[1] In a hand of the fifteenth century. This has been done before either of the present numberings of the pages and leaves.

[2] Inserted.

(146) DE EODEM.[1] (Grant of land).

Sc. omn. tam pres. quam fut. quod ego Rob. fil. Cluther'.
Dolphini de Cluther' conc. et dedi et h. p. c. m. conf. Deo et S'co Wilfrido et Canon. s. de Ripon' in pur. et perp. elemosinam pro sa. an. m. et antecess. m., duas acras terre in campo de Cluther' iacentes in hiis tribus locis, ad Grauelay, Solete, et ad Brokland, et ad Goldostickes, inter terram Will'i fil. Ric. et terram Nich. fil. Dolfini. (*Warranty*). H. t. Stheph'o, Will'o, Hug', Gilb'to, Capellanis, et ceteris.

(147) DE EODEM. (Grant of a *nativus*).

Sc. omn. tam pr. quam fut. quod ego Rob'tus fil. Stauelay.
Henr. de Stauelay concessi ac qui. cla. Deo et beato Wilfrido, Will'm fil. Liholphi cum tota sequela sua et rebus et catallis s. de me et her. m. in perp. ita quod nec ego nec her. m. amodo calumpniam vel clamium in eod. Will'o et seq. sua et cat. s. mouebimus, et sciendum vero quod pro hac qui. cla. Canonici de Ripon' dederunt michi in magno negocio meo duas marcas et dimidiam argenti. H. t. Simone de Coruburg et ceteris.

44 v. (148) DE EODEM (Grant to the fabric).

Sc. pr. et fut. quod ego Alanus fil. Rob'i de Norton c. 1216–1240
conc. et h. p. c. m. conf. operi ecclesie de Ripon sex den. (R)editus fabrice.
annuatim de me et her. m. ad Pent. recipiendos de capite nostro, ita quod si forte cessauerint a pred. solucione Capitulum Ripon' poterit per corpora et catalla nostra tanquam natiuorum suorum nos compellere ad predictam firmam persoluendam. H. t. G. de Larder et ceteris.

(149) DE EODEM. (Grant of a rent-charge in lieu of service).

Omn. ad quos pr. scr. peruenerit, Alicia filia Ketelli c. 1216–1240
de Ripon', sa. Sc. me ded. conc. et p. c. m. conf. Will'o Rypon'.
filio meo et cuicumque dare, vendere, assignare, vel inpignorare voluerit, totum ius et cla. quod vnquam

[1] The previous charter is a grant of a *nativus*.

habui vel habere potui in illo mesuagio in Ripon' cum pert. quod Walt. frater meus michi dedit, quod mesuagium iacet propinquius curie Magistri J. Romani, subdecani Ebor. Ten. li. et qui. de prebenda que quondam fuit Nich'i Mordah, et de succ. ipsius prebende in perp. Redd. inde annuatim Canon. dicte prebende et succ. tres denarios, sc. iij ob. ad Pent. et iij ob. ad f. S. M. pro omn. seruiciis et demandis. Vt autem h. donacio et qui. clamancia de me et de her. m. in perp. a nemine in posteris temporibus possit infringi, pr. scr. sig. m. apposicione roboraui. H. t. Mag'ro G. de Larder et ceteris.

Nichous Mordah.

(150) DE EODEM. (Similar grant).

c. 1235. Omn. ad quos pr. scr. peruenerit, Gunnilda fil. Ketelli de Ripon', sa. Nou. me ded. conc. et h. p. c. m. conf. Will'o nepoti meo et cuicumque dare, vendere, assignare, vel impignorare voluerit, totum jus et cla. quod vnquam habui vel habere potui in illo mesuagio in Ripon cum pertin. quod Alicia soror mea sibi dedit, quod mesuagium iacet propinquius curie d'ni Petri, Canonici Ripon', pro quadam summa pecunie quam michi contulit in mea magna necessitate. Ten. et hab. eidem Will'o et s. assign. li. qui. pacifice, bene, redd. inde annuatim quamdiu vixero jd. ad Natale D'ni michi. Et Canonico illius prebende que fuit bone memorie Mag'ri Ade de Melsenby et succ. s. iijd. sc. iij ob. ad f. S. M. in h. et iij ob. ad Pent. pro omni seculari exaccione (45) et demanda. Et ut hec mea donacio et qui. cla. de me et her. m. in perp. a nemine in posteris temporibus possit infringi, pr. scr. sig. m. apposicione roboraui. H. t. Pet'o de Eyuill, et ceteris.

(Ad. de Melsanby).

(151) DE EODEM. (Similar grant).

c. 1235. Sc. omn. tam pres. quam fut. quod ego Walt. fil.
Rypon. Ketelli de Ripon dedi conc. et h. p. c. m. conf. de me et her. m., totum jus quod habui vel habere potui in med. tofti mei in Ripon cum maiori domo mea quod iacet inter prebendam que fuit bone memorie d'ni Will'i de Orliens quondam Canonici Ripon' et toftum Elianore de Midelton

cum omn. pert. s. in longitudine et latitudine, Alicie sorori mee, ten. et hab. illi et her. s. vel cui assignare voluerit, li. qui. et pacifice, redd. inde annuatim Canonico eiusd. prebende que fuit bone memorie Mag'ri Ade de Melsenby et succ. s. tres den. pro omn. serv. et dem., med. dicti tofti contingentibus, videlȝ med. ad Pent. et med. ad f. S. M. et vt h. mea donacio rata et inconcussa permaneat in perp., pr. scr. sig. m. inpressione roboraui. H. t. Mag'ro Joh'e Romano, *etc.*

(152) DE EODEM.

The same as No. 151, but for "cum maiori domo mea," No. 152 has "cum minori domo mea," and for "Alicie sorori mee," "Gunnilde sororis (*sic*) mee." Rypon.

(153) DE EODEM. (Similar grant).

Omn. xpi fid. pr. cartam vis. vel aud. Will's fil. Rob'ti fil. Auuerey sa. in D'no. Nou. me ded. conc. et qui. cla. de me et her. m. in perp. illud mesuag. cum pert. in Ripon (45 v.) retro gardini quod Rob'tus pater meus tenuit, scil. de prebenda d'ni Rob'ti Passelewe tunc canonici Ripon', Rob'to de Nunwik et heredibus eius vel eius assign., illud sc. mes. quod[1] ego quondam vendidi partem Rob'to Sureys et partem dimisi ad firmam, sicut protestatur carta eiusd. Rob'ti Sureys et in cirograffo. Ten. et hab. eidem Rob'to de Nunwyk et her. eius vel eius assignatis de d'no Rob'to Passelew Canonico Ripon' et succ. eius li. et qui. Redd. inde annuatim eidem d'no R. P. Can. Rip. et succ. eius viginti den., scil. med. ad Pent. et med. ad f. S. M. in h. pro omnibus pred. mesuagio pertinentibus. (*Warranty*). Vt autem h. mea conc. et qui. clamacio a nemine possit infringi, hoc pr. scr. sigilli mei apposicione roboraui pro quadam summa pecunie quam michi dedit. Testibus Mag'ro Galfrid de Larder et ceteris. c. 1216–1240. Rypon.

(154) DE EODEM. (Grant of land to the Church).

Printed in *Mem. Ripon*, I, 99, from Darnbrough MS.

[1] So in MS., but "cuius" would give a better sense.

(155) DE EODEM. (Grant of rights in a *nativus*).

Staveley. Omn. h., l. vis. vel aud. d'na Alicia de Stauleya, sa. in D'no. Nou. vniu. vestra me in propria viduitate et legea potestate mea pro sa. an. m. et omn. antecess. m. ded. conc., qui., cla., et h. p. c. conf. Deo et beato Wilfrido de Ripon' et Canonicis ibidem Deo seruientibus, quicquid iuris vel calumpnie habui vel habere potui in Henrico fil. Astini et in sequela sua et in catellis suis, ita quod nec ego nec heredes mei aliquid iuris vel calumpnie racione natiuitatis in predicto (46) Henr. vel sequela sua vel catallis suis de cetero vendicare poterimus. Et in h. r. t. pr. scr. sig. m. apposui. H. t. Mag'ro Laurencio de Topclif et ceteris.

(156) DE EODEM. (Similar grant).

c. 1272. Omn. S. M. E. fil. ad quos pr. scr. peruenerit, Will's de Irby, sa. in D'no eternam. Nou. vniu. vestra me conc., qui. cla. et p. c. conf. de me et her. m. in perp. pro sa. an. m. et antecess. m. Deo et eccl. S'ci Wilfr. de Ripon' et d'no Rog. de Leya Canonico eiusd. eccl. et succ. s. Canonicis in sua prebenda, totum jus quod habui vel habere potui in Thoma filio Rad. de Rowclif, ita quod nec ego Will's nec her. m. nec aliquis per nos nec pro nobis aliquid clamium vel ius in eod. Thoma et in secta sua ex se egrediente, vel in catallis s. habere vel exigere poterimus in perp. Et vt mea concessio, qui. clamacio, et pr. carte confirmacio robur firmitatis optineat in perp., p. c. sig. m. apposui. H. t. d'no Patricio de Westwyk, Ric' de Brerton, et ceteris.

(157) DE EODEM. (Grant of land for Sharow prebend).

1139-40. Printed in *Mem. Ripon*, I, from Darnbrough MS., with more witnesses. Ingilby MS. reads, "Walt' abbas de Selby."

(158) DE EODEM. (Grant of land by Abp. Thurstan to Ric. fil. Turstini).

1114-1140. T(urstinus) Dei gra. Ebor. Archiep. Canonicis eccl. S'ci Wilfr. de Ripon' et ceteris hominibus suis eiusdem

ville, sa. Sc. me ded. Ric' filio Turstini in feodo j carucat. terre pro duobus solidis per ann. ita liberam et quietam sicut ceterorum vauasorum meorum. Teste Turstino Canonico et ceteris.

(159) DE EODEM. (Grant of the same land by Abp. William to Gilbert the canon, who is to pay 2s. a year to the church.)

Will's[1] Dei gra. Eborac. Archiep. omn. S. E. filiis 1143-1154.
sa. et oraciones. Notum sit vobis quod nos concedimus et confirmauimus Gilb'to Canonico S'ci Wilfr. de Ripon', carucatam terre quam Ric. Turstini fil. in feodo tenuit, et ipsi Gilberto in feodo eam tenendam concessit et dedit. Reddendo (**46 v.**) sing. annis ecclesie duos solidos tantum. Teste Rad. Ep'o[2] et ceteris.

(160) (AGREEMENT BETWEEN RIPON AND FOUNTAINS).

Composicio facta inter eccl. de Ripon' et eccl. de 1228.
Fontibus Anno gracie Mill'mo cc^{mo} xx^{mo} octauo. Facta est hec composicio inter eccl'iam de Ripon' et eccl. de Fontibus pro bono pacis, scil. quod in recompensacione vndecim acr. terre quarum decem acre iacent inter grangiam de Galghagh et viam que vadit per mediam villam de Wynkeslay et vndecima acra iacet in orientali prato iuxta Capellam eiusd. ville, de quibus Eccl. de Ripon aliquando decimam bladi percipere solebant, que nunc per monacos de Fontibus in pratum redacte sunt, quod ipsa ecclesia de Fontibus concessit eidem eccl. de Ripon' percipere de essartis suis decimam bladi et leguminis de vna acra terre et dimidia in Selbeshenges et de vna acra et vna roda in Vmfrayriddinges et de illo essarto super Galgheberg quantum essatatum (*sic*) fuit illo anno quo hec composicio facta fuit per metas ibidem positas, saluis ecclesie[3] de Fontibus priuilegiis suis de noualibus. Et eccl. de Ripon concessit eccl. de Fontibus sine decimacione illa tofta in Winkeslay que Joh'nes frater Nich'i

[1] Probably St. William, who succeeded Thurstan.

[2] Not identified. [3] Repeated in MS.

dedit eid. eccl. de Fontibus que sunt ad exitum ville versus Mellesart, que tofta continent in se duas acras et dimidiam, pro quibus eccl. de Ripon' percipiet decimas bladi et leguminis de duabus acris et dimidia, que iacent contigue campo de Wynkeslay subtus viam que protenditur ab eadem villa vsque Galghagh versus orientem per diuisas ibidem positas. Et si forte contingat quod toftum quod monachi de Jeruall habent in ead. villa de Winxlay aliquando veniat in vsus eccl. de Fontibus, eccl. de Ripon' percipiet decimam bladi et leguminis tantumdem terre iuxta terram vnde supra eidem eccl. de Ripon concessa est decima vel de essartis in loco conpetenti. Sciendum autem quod si predicte vndecim acre prati vel aliqua pars earum aliquando redigantur in culturam, eccl. de Ripon percipiet de eis duas partes decime bladi et leguminis, et ecclesia de Fontibus terciam partem eiusdem decime. Vt autem hec conpositio rata sit et stabilis, vtrius Capituli sigillo roboratur. H. t. Mag'ris Adam de Melsanby, Galfr. de Larder, Will'mo de Orliens, Canonicis de Ripon', Joh'ne, Rob'o, Joh'ne, Capellanis, et vicariis eiusdem ecclesie, Nich'o Ward, Nich'o de Hewyk, et ceteris.

47. (161) COPIA TESTAMENTI D'NI WILL'MI DE DALTON, CANONICI.

1371, June 23.

In Dei nomine, Amen. Ego Will's de Dalton, Rector ecclesie de Hoghton, Dunelm. dioc. ac Canonicus ecclesiarum Ebor. et Ripon, bone et sane memorie, die Lune in vigil. Natiuitatis beati Joh'is Bapt., Anno Domini Mill'io ccc^mo Septuagesimo primo, condo testamentum meum in hunc modum. In primis, lego animam meam Deo et beate Marie et omnibus Sanctis, et corpus meum ad sepeliendum vbicunque Deus disposuerit. Item, do et lego Capellanis diuina pro anima mea celebraturis in ecclesia de Hoghton supradicta pro anima mea et patris mei, matris mee, fratrum, sororum, et omnium fidelium defunctorum, lx li. Item do lego Capellanis diuina celebraturis ibidem pro animabus Will'i de

Soul to God, B.M. and All SS., body to be buried wherever God will.

To chaplains to celebrate at Houghton-le-Spring.

Kyldesby, Thome Freland, Nich'i Chawcer, et Juliane vxoris sue, Will'i Koo, et Joh'is de Newton, xx li. Item ad distribuend. inter pauperes parochianos meos apud Hoghton, l li., videlicet in Hoghton viij li., in Newbotell, viij marc., in Bedyk, iiij marc., in Pencher, iiij marc., in Vfferton, iij marc., in tribus Haryngtons, x marc., in (*blank*)[1] iiij marc., in Morton, ij marc., in Westraynton, viij marc., in Moreslowe, j marc., in Estraynton, v marc., in Hecton, viij marc., in Eplyndon, v marc., in Wardon j marc. Item do et lego vij viduis pauperibus per executores meos eligendis pro anima mea, et pro animabus omnium fidelium defunctorum in ecclesia de Hoghton primo anno post mortem meam, Dominum orantibus, cuilibet per diem jd. ob., xv li. Item cuilibet earundem pro vestura et sotularibus, xs., lxxs. Item ad distribuend. inter pauperes parochianos meos apud Ketyn, x li. Item fabrice nauis ibidem, x li.[2] Item do et lego ad distribuend. inter pauperes parochianos meos apud Knaresburgh, x li. Item do et lego d'no Joh'i de Pykeryng capellano, xxiiijs. Item do et lego d'nis Joh'i de Ebor. et Joh'i de Goldale, Capellanis, vtrique v marc., x marc. Item do et lego Gydoni Bryan d'no meo si me superviuat xxiiij discos arg. et xxiiij salsaria argent., vnum ciphum auri vocatum Godet, vnam platam arg. pro speciebus. Item vnum deosculatorium pacis arg. deaurat. et aymelatum, quos omnes habui de dono d'ni mei predicti. Item do et lego Ric'o de Newbald consanguineo meo, xl marc. Item Joh'i de Thurne x marc. Item Will'o Coco meo, xx li. Item ij filiis Rogeri de Skyren, x marc. si viuant. Item Roberto Camerario meo, x marc. Item Joh'i Bernard, c s. Item Thome Rose, Michaeli Rogero, Rogero Gardiner, Will'o de Feiham, et Joh'i Swyft, cuibet eorundem xls. x li. Item Will'o Daker, lxs. Item Joh'i Lyndes, xls. Item Joh'i (*blank*) xls. Item Thome del Stabell, xs. Item Rob'to Bell, xiijs. iiijd. Item Will'o Carter de As-

To poor parishioners at Houghton.

To 7 poor widows at Houghton.

To poor parishioners at Ketton (Rutlandshire); to fabric of nave there.

To poor parishioners at Knaresborough.

Private bequests.

Plate.

A pax.

[1] Cocken is probably the place that should come in here.

[2] The present nave of Ketton Church contains work of this period, including a window with tracery transitional from Decorated to Perpendicular, clerestory windows, etc., of like date.

munderby, lxs. Item Joh'i de Lynton, coco suo, xls. Item Hugoni Rydier et Rob'to Dobyn vtrique j marc., ij marc. Item Joh'i de Chadeslay, xls. Item Margarete relicte Ad. de Thorntour (?) pro armaturis michi per ipsam datis, que fuerunt mariti sui, v marc. Item lego d'no Henrico de Ingelby xij discos et xij salsar. arg., quos eligere voluerit, illis exceptis quos habui d'ni Gyudonis de Bryan, qui sibi superius legantur. Item Joh'i de Acastr' et Isolde vxori sue, xx li., si permittant tenentes ecclesie Rypon', videlicet Asmunderby, in pace sine perturbacione permanere. Item Magistro Petro de

[Plate.]

Newbald, Canonico eccl. Lyncoln', vnum ciphum arg. cum cooperculo, et uno Skochon in profundo de gall.[1] Item d'no Joh'i de Newbald et Joh'i fratri suo, vtrique vnum ciphum cum cooperculo de Settes,[2] sine aliquo

[Provision for his brother, with a condition.]

Skochon. Item lego ad sustentacionem Rob'ti fratris mei, secundum disposicionem et discrecionem executorum meorum ordinand. c. marc., ita quod non interponat de terr. et ten. meis in Dalton, set permittat filios suos ea

[To two sons of said Robert, horses, sheep, and goods;]

pacifice habere : sin autem, nullam sustentacionem de bonis meis habeat. Item do et lego Will'o et Joh'i filiis eiusdem Rob'ti omnes equos et bidentes apud Dalton existentes, lectos, mappar', et omnia alia bona mea ibidem existencia, iuxta disposicionem executorum

[also 20*l*.]

meorum inter eosdem dividenda. Item do et lego pred. Will'o et Joh'i xx li. Sterlingorum. Item Johanne relicte

[More private bequests.]

Rogeri de Caue v marc. Item Alicie filie Rob'ti de Caue v marc. Item do et lego Joh'i et Petro consanguineis meis morantibus in Newbald, vtrique x marc. xx marc.

[To his vicar in Ripon, his habit, etc.]

Item d'no Ric'o de Wakefeld, vicario meo de Ripon, habitum meum cum meliori amicio meo et c s. argenti.

[To the five other vicars, the deacons, etc.]

Item v aliis vicariis eiusdem ecclesie, cuilibet xxs., c s. Item iij diac. et iij subdiac. cuilibet xs., lxs. Item vj choristis, iij thuribulariis, iij patenariis, cuilibet iijs.

[To his vicar at York, and others.]

iiijd., xls. Item lego d'no Joh'i de Shyrburne vicario

---

[1] There seems to be no doubt as to the reading of this word, but I cannot explain it. It can hardly refer to a gallon cup or bowl.

[2] Of the sets, *i.e.*, each with a cover to match ?

meo Ebor., xls. Item Matild' de Fencotes, xls. Item d'no Will'o de Strigate, capellano, xxvjs. viijd. Item lego Joh'i de Multon xxs. Item Ric'o Spenser xiijs. iiijd. Item Gilberto Portar xs. Item ancille Manerii xs. Item (Joh'i)[1] Howell, et Thome de Gretham, Capellano, vtrique xx li. ultra expensas suas, xl li. Item d'no Joh'i de Walkingham capellano, xls. Item d'no Roberto de Dureme, capellano, xxs. Item d'no Ade de Bondegate capellano, xxs. Item Joh'i de Marton, sacriste ecclesie Rypon', xs. Item Matilde de Aylesburye, xs. Item ad distribuend. inter cecos et debiles apud Ripon' c s. Item ad distribuend. apud M'kyngton, lxs. Item apud Ingerthorp et Wallerthwayte, iiij li. Item apud Asmunderby lxs. Item apud Thorp, xls. Item do et lego Magistro Johanni de Crakhall, Canonico ecclesie Ripon', xls. quos michi debet ex mutuo. Item lego d'no Joh'i de Clynt, seniori capellano, xls. Item d'no Joh'i de Alhalowgate capellano, xls. Item Joh'i de Hutton de Rypon', lxs. Item Waltero de Calgarth de Rypon' v marc. (**47 v.**) Item Joh'i Ayre si exerceat scolas et proficiat in eisdem, c s. Item volo omnino quod Pons de Hewyk iuxta Ripon' proficiatur.[2] Item do et lego Portiforium meum de vsu Ebor. vocatum ad existendum infra chorum ecclesie Rypon' pro seruicio diuino imperpetuum. Item do et lego Mag'ro Joh'i de Norwyco x marc. Item supradicto Rob'to Camerario meo vnum lectum cum toto apparatu in quo iaceo. Item fratri Ricardo de Tynmouth, xls. Item fratri Will'o de Briddynton de ordine S'ci Augustini lxs. Item do et lego iiij^{or} ordinibus fratrum de nouo Castro super Tynam, cuilibet xxs., iiij li. Item Joh'i de Dalton moranti in Stawmford, xx li. Item fabrice ecclesie Ripon' x li. Item d'no Henrico de Ingelby supradicto vnum Ciphum deauratum ad modum calicis factum, et vnum Aquarium argenteum similiter deauratum, set non de secta Ciphi. Item Joh'i de Morton c s. Residuum vero omnium

To the blind and feeble at Ripon.

To a canon, 40s. that he owed.

To chaplains.

To a scholar

Progress to be made with Hewick Bridge.

York portas to Ripon choir.

To friars,

the four orders at Newcastle.

To fabric of church of Ripon.

Plate.

Residuum of goods for his soul.

---

[1] An executor; see below.

[2] But there is no bequest to this end.

bonorum meorum do et lego d'no Henrico de Ingelby supradicto, Canonico Ebor, quod ipse de eisdem disponat pro salute anime mee prout sibi melius videbitur expedire. Si quis autem me in aliqua summa pecunie pro defectibus domorum apud Hoghton, Knaresburgh, vel Ripon' multet, maladiccionem Dei Omnipotentis, Apostolorum Petri et Pauli, et omnium Sanctorum mereatur. Et ad istam voluntatem meam fideliter adimplendam, hos constituo executores meos, videlicet d'nm Henr. de Ingelby Canonicum Ebor., Joh'em de Acastr', Mag'rum Will'm de Farnham, Joh. Howell de nouo Castro super Tynam, ac d'nm Thomam de Gretham Capellanum, et superuisorem eiusdem testamenti d'nm Gyudon' de Bryan. In quorum omnium testimonium, quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum venerabilis Capituli eccl. Colleg. Ripon' hijs apponi procuraui. Et nos Capitulum predictum ad instanciam rogati predicti d'ni Will'i Canonici et confratris nostri, sigillum nostrum presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Hiis testibus presentibus, discretis viris d'nis Joh'e de Walkyngham, Joh'e de Stayndrop, et Joh'e de Clynt, Capellanis. Dat. apud Rypon', die et anno supradictis. Preterea do et lego Mag'ro Joh'i de Norton in curia Ebor. Aduocato, xls. Item Mag'ro Joh'i de Stawnton, procuratori dicte curie, xxs. Item Mag'ro Will'o de Farnham, Ep'i Dunelm Officiali, xls. Item Mag'ro Joh'i de Hakthorp, xxs. Item Agneti Semester de Rypon', xs. Item Will'o coco, xs. Item Mag'ro Thome Scolar. Ripon' xls. Item d'no Joh'i de Snape, Capellano, xiijs. iiijd. Item d'no Ric'o de Bretleye, monacho, si velit officium administracionis testamenti mei cum aliis executoribus iuxta consilium d'ni Henr. de Ingelby admittere, remuneretur. Item volo quod remuneretur Abbati et Conuentui de Fontibus de aliqua bona summa secundum disposicionem executorum meorum predictorum, vt orent pro anima mea et animabus pro quibus teneor. Item do et lego fabrice ecclesie Ebor., xx marc.

A malediction.

Executors.

Sealing with seal of the Chapter of Ripon.

Witnesses.

Bequests to lawyers.

To servants.

To Fountains to pray for his soul.

To fabric of church of York.

(162) PROBACIO TESTAMEN(TI PREDICTI).[1]

In Dei nomine, Amen. Admissis probacionibus super faccione presentis testamenti coram nobis Capitulo eccl. coll. Ripon' xvj die mensis Julij Anno d'ni Mill'io ccc^{mo} lxxj^{o}, ipsum testamentum rite factum et probatum pronunciamus; Joh'i de Acastre Ciui Ebor. et d'no Thome de Gretham, Capellano, executoribus in dicto testamento nominatis, administracionem omnium bonorum dicti defuncti infra jurisdiccionem nostram existencium, in forma statuti super (hoc)[2] editi concedentes, salua nobis potestate huiusmodi administracionem aliis executoribus suis committendi cum eam admittere voluerint. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo Capitulari die et anno supradictis. 1371, July 16.

48. (163) APPROBACIO TESTAMENTI (PREDICTI).[1]

In Dei nomine, Amen. Exhibito coram nobis venerabilis Capituli eccl. beati Petri Ebor. causarum auditore testamento bone memorie d'ni Will'i de Dalton, Canonici dum vixit ecclesie Ebor. predicte et prebendarii prebende de Bychill cum Knaresburgh in eadem, vna cum codicillo eidem annixo et literis venerabilis capituli Rypon Ebor. dioc. cuius ecclesie dictus d'nus Will's Canonicus fuerat dum vixit, et tempore mortis sue confecta super dicti testamenti insinuacione et approbacione coram ipso Capitulo et eius auctoritate facta, et ipso testamento codicillo et literis visis deligenter inspectis et plenius intellectis, insinuacionem et approbacionem predicti ratificamus et approbamus, ac administracionem omnium bonorum dicti d'ni Will'i defuncti infra jurisdiccionem dicti Capituli existencium, d'no Thome de Gretham capellano et Joh'i de Acastre ciui Ebor., executoribus in dicto testamento nominatis in 1371, Nov. 16.

---

[1] Added later. [2] Omitted in MS.

forma constitucionis (*blank*)[1] super hoc edite libere concedentes, reseruata nobis potestate administracionem consimilem committendi alijs executoribus in eodem testamento nominatis in euentu quis eam recipere voluerit et habere. In c. r. t. presentes literas predict. (*blank*) fecimus testamento et eas sigillo dicti Capituli communiri. Dat. Ebor. xvj die mensis Nouembr. Anno D'ni Mill'io ccc^mo^ lxxj°.

(164) PROBACIO TESTAMENTI (PREDICTI).[2]

1371, Sept. 30. In Dei nomine, Amen. Admissis probacionibus testamenti d'ni Will'i de Dalton, nuper Canonici eccl. Cath. Ebor. defuncti coram nobis Officiali (*blank*) beati Joh'is Beuerlac. vltimo die mensis Septembr. Anno D'ni Mill'io ccc lxxj° racione bonorum d'ni Will'i infra iurisdiccionem de (*blank*) existencium in forma statuti super (hoc)[3] editi, libere concedentes per presentes. In c. r. t. sig. officii nostri presentibus apposuimus. Dat. Beuerl. die loco et anno supradictis.

(165) (ITEM)[2] PROBACIO TESTAMENTI (PREDICTI).[2]

1371, July 16. In Dei nomine, Amen. Vniuersis S. M. E. filiis pateat per presentes quod nos d'ni Dunelm. ep'i Officialis presens testamentum coram Capitulo eccl. coll. Rypon' rite et legitime probatum xvj die mensis Julij anno D'ni Mill'io ccc^mo^ lxxj° approbauimus, Joh'i de Acastre ciui Ebor. et d'no Thome de Gretham, capellano, exec. in dicto testamento nominatis, administracionem omnium bonorum dicti defuncti infra jurisdiccionem nostram

[1] "Legatine" is the word to be supplied. See *Ripon Chapter Acts*, 278, "executoribus . . . juratis in forma constitucionis legatinae in hoc casu editae." The reference seems to be to the constitution *Libertatem* or *De Executione Testamentorum*, in the *Constitutiones Legatinae Domini Othoboni* appended to Lyndwood's *Provinciale*, Tit. 14, p. 107 of the Constitutions of Othobonus, in the Oxford edition of the *Provinciale*, 1679. The executors were bound, and sometimes, if not always, sworn, to act in accordance with the above Constitution, or Statute as it is often called in these certificates of probate.

[2] Added later. [3] Not in MS.

existencium in forma constitucionis super hoc edite concedentes, salua nobis potestate alijs exec. suis huiusmodi administracionem committendi cum eam admittere voluerint. In c. r. t. sig. nostrum presentibus est appensum. Dat. Dunelm. die et anno supradictis.

(166) BEGINNING OF WILL OF JOH. DE RICHEMUND.

In Dei nomine, Amen. xix° die mensis Decembr. 1398, Dec. 19.
Anno D'ni Millesimo ccc^mo Nonog. octauo, Ego Joh'es de Richemund, compos mentis, videns mortis periculum michi iminere, condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam Deo omnipotenti, beate Marie virgini, et omnibus sanctis eius, et corpus meum ad sepeliendum in Cimiterio ecclesie beati Petri Apostoli Ripon', et lego equum meum pro mortuario meo. Item lego fraternitati beati Wilfridi Ripon' vjs. viijd. Item lego pro decimis meis (*left unfinished*).

(167) MEMORANDUM.

Memorandum quod die Sancti Andree, Anno Domini Millesimo . . .[1] quedam concordia inter . . . nuper vicar. ecclesie Colig. Ripon' et . . . nunc vicarium ibidem intitulatur . . . in hec verba cum ex . . . ecclesie . . . concessum est . . . nuper vicar. eiusdem . . . quemdam annuum redditum . . . annuatim percipiendum ad iiij^or anni terminos durante vita eiusdem . . . Nichilominus dictus . . . concedit ex propria voluntate sua dicto Hugoni quemlibet terminum xld. quam diu dictus . . . sit locatus ad diuina celebrand. et non vicarius, sed remaniat ad pencionem suam supradictam.

48 v. (168) TESTAMENTUM MAGISTRI JOH'IS DE CRAKHALL CANONICI.

Pateat vniuersis per presentes quod ego Magister 1378, Aug. 8.
Joh'es de Crakhall, Canonicus eccl. Rypon' et prebendarius prebende de Staynewegs in eadem dedi et concessi omnia bona et catalla mea mobilia et immobilia

---

[1] These dots represent erasures of one to three or four words.

vbicumque et in quorumcumque manibus fuerint inuenta, Joh'i del Hyde de Rypon', vna cum debitis[1] et debendis. In c. r. t. presentibus sig. m. apposui. Dat. apud Rypon' die dominica prox. post festum beati Petri ad Vincula. Anno D'ni Mill'mo ccc^{mo} septuagesimo octauo.

(169) PROBACIO TESTAMENTI SUPRADICTI.

In dei nomine, Amen. Cum Joh'es del Hyde, exec. testamenti seu vltime voluntatis Mag'ri Joh'is de Crakhall, Canonici eccl. Coll. Rypon' defuncti, cui quidem dicto Joh'i del Hyde dictus Magister Joh'es de Crakhall omnia bona et catalla sua per scriptum inde confectum donauit sub condicione verbali, videlicet quod corpus suum sepeliri faceret vt incumbit, ac eciam quod vniuersa debita sua persolueret secundum quantitatem bonorum suorum predictorum et secundum quod ipsa bona et catalla sufficere poterunt, huiusmodi testamentum seu vltimam voluntatem coram nobis Capitulo eccl. Coll. predicte per testes fidedignos legitime probauit vt est moris, Nos Capitulum predictum, admissis coram nobis probacionibus super faccione presentis testamenti seu vltime voluntatis predicti, ipsum testamentum rite factum et probatum pronunciamus, administracionem omnium bonorum et catallorum predictorum infra jurisdiccionem nostram existencium prefato Joh'i del Hyde in forma statuti super hoc editi concedentes. In c. r. t. sig. n. presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari, x die Mens. Augusti, Anno D'ni Mill'mo ccc^{mo} lxxix^{o}.

(170) COPIA TESTAMENTI GUDITH RELICTE JOH'IS DEL HYLL DE COPPIDHEWYK.

1379, May 8. In Dei nomine, Amen, die dominica prox. post festum Inuencionis S'ce Crucis Anno D'ni Millesimo ccc^{mo} septuagesimo nono, Gudith relicta Joh'is del Hyll condidit testamentum suum nuncupatiue in hunc modum. In primis dedit et legauit animam suam Deo omnipotenti

[1] See a bequest in the will of a brother canon in 1371, p. 101.

et corpus suum ad sepeliendum in cymiterio eccl. Rypon'. Item legauit pro mortuario suo vnam vaccam, et in distribucione pauperum ijs. (49). Item legauit in conuocacione vicinorum et amicorum suorum die sepulture sue, viijs. Item in cera pro lumine habenda circa corpus suum, viijd. Item legauit Capellano suo parochiali, ijs. Item legauit Matild' et Elianore filiabus Joh'is de Hewyk ij oues matrices cum ij agnis et di. rod. cum frumento seminatam equali porcione. Item legauit Agneti sorori sue vnam vaccam, ij oues matrices, et ij agnos, et di. rod. cum mixtilione seminatam. Item legauit Ric'o Magotsone ij bidentes. Item legauit Emme Hewyk di. rod. cum frumento seminatam j tunicam cum j capucio. Item legauit Will'o Attetonend j ollam enneam, et si quid residuum fuerit de bonis suis superius non legatis, dedit et legauit ad distribuendum pauperibus pro anima sua secundum ordinacionem Joh'is de Clynt capellani iunioris, quem quidem Johannem fecit et constituit executorem suum, cum auxilio et consilio Joh'is de Hewyk coadiutoris, vt dictus Joh'es de Clynt bene et fideliter ordinet pro dicta Gudith suo modo meliori.

Item concessa fuit administracio bonorum dicte defuncte dicto Joh'i de Clynt penultimo die Maij anno supradicto. 1379, May 30.

Item postea, tercio die mensis Junij, dictus Joh'es habuit acquietanciam pro dicto testamento, quia bene et fideliter administrauit in bonis dicte defuncte.

(171) TESTAMENTUM XPIANE LYSTER DE STAYNBRIGATE.

In Dei nomine, Amen, quinto die mensis Marcii Anno D'ni Mill'io ccc^mo lxxviij^o, Ego Xpiana Lyster condo testamentum meum in hunc modum. In primis do et lego animam meam Deo omnipotenti, et corpus meum ad sepeliendum in cymiterio ecclesie Rypon'. Item lego in distribucione pauperum xxs. Et in conuocacione vicinorum et amicorum meorum die sepulture mee, xxs. Item lego fabrice ecclesie Rypon' vnum 1378-9, Mar. 5.

steplede. Item in cera pro lumine habendo circa corpus meum, v lb. cere. Item pro debitis meis oblitis, iijs. iiijd. Item lego ministris chori eccl. Rypon', vjs. viijd. Item ponti boriali de Yore, iijs. iiijd. Item Galfrido Hermet, vjd. Item Rob'o Cissori, vjd. Item lego cuilibet filiolo meo, xijd. Item lego Alicie Warner j cuwrtby[1] de blueto. Item Isolde Schephird j tunicam de Russet. Item Agneti ancille mee j couerlite, j blanket, et ij linthiamina. Item lego iiij^or^ paribus fratrum Ebor, j quarter bras. ordii, equali porcione. Item lego cuidam capellano diuina celebr. pro anima mea per unum annum iiij li. vjs. viij. Et si quid residuum fuerit de bonis meis superius legatis, do et lego Nich'o Hulit et pueris suis, quem quidem Nicholaum facio et constituo executorem meum vt fideliter disponat pro anima mea suo modo meliori.

1379, April 2. Et concessa fuit administracio dicto Nicholao secundo die mensis Aprilis, Anno D'ni Mill'imo ccc^mo^ lxxix^o^.

49 v. (172) COPIA TESTAMENTI AGNETIS DE LYNTON.

1383-4, Jan. In Dei nomine, Amen, die Lune prox. post festum Conuers. S'ci Pauli Ap'li a^o^ D'ni Mill'mo ccc^mo^ lxxxiij^o^, Ego Agnes vx. Joh'is de Lynton de Rypon condo testamentum meum in hunc modum. In primis, do et lego animam meam Deo Omnipotenti et corpus meum ad sepeliendum in cymiterio eccl. b'i Wilfridi Rypon'. Item lego Isabelle vxori Joh'is de Casegyll di. acr. auenarum. Item lego Agneti de Casegyll et Joh'i fratri suo, duos lectos, vidȝ vtrique j Cuuerlite, ij blankets, et duo linthiamina. Et si quid residuum fuerit de bonis meis superius non legatis, porcionem meam qualitercumque contingentem, do et lego Joh'i de Hutonn, vt ipse ordinet et disponat pro anima mea sicut ipse vellet vt ego disponerem pro anima sua ; si ipse Joh'es ante me ab hoc seculo ad Deum migrauerit, quem quidem Joh'em facio et constituo executorem meum in omnibus agendis

[1] Courtepy, a short pea-jacket. See *N.E.D.*

et finiendis secundum istam voluntatem meam, pro anima mea predicta (disponere)[1] suo modo meliori. Probatum.

(173) COPIA TESTAMENTI AGNETIS RELICTE JOH'IS TAUERNER.

In Dei nomine, Amen. Septimo die mensis Aprilis, Anno D'ni Millimo cccmo nonogesimo primo, Ego Agnes, relicta Joh'is Tauerner de Rypon', sane et bone memorie, condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego animam meam Deo et beate Marie et omn. sanctis suis, et corpus meum ad sepeliendum in Cemeterio b'i Wilfridi Rypon'. Item lego j equum gray pro mortuario meo. Item lego vij denar. pro vigiliis meis. Item lego x li. cere ardend. circa corpus meum in die sepulture mee. Item lego fabrice ecclesie, vjs. viijd. Item lego vicariis et ministris ecclesie predicte pro Placebo et Dirige et pro missa mea celebranda in choro, xxs. Item lego j missale ad altare capelle beate Marie supra Reuestiarium juxta ecclesiam predictam. Item lego d'no Roberto Baschane, vicario meo iijs. iiijd. Item d'no Joh'i de Bondegate capellano, iij coclearia argenti cum j tuall. Item d'no Joh'i de Rychemound, capellano, j Bortclath, cum j tuall. Item d'no Rob'to de Kendale, Capellano meo, j lectum, j peluem cum j lauetorio, j Bortclath cum j tuall et ij coclearia argenti. Item j magnam ollam eneam conuentui et domui beate Marie de Fontibus. Item Agneti Goldesmyth ij quart. bras. ordei. Item lego Matheo del Lofthows, j cyphum murreum. Item Matild' Blother pro bono labore suo, j lectum, j pocynet, cum j parua cista. Item Katerine filie (50) Agnetis Alman, j arcam cum j pocynet. Item Rob'to Frankys fil. Joh'is filii mei, j lectum et j ollam eneam, cum j patella enea. Item Emme filie mee, j lectum cum j quartar bracii. Item Alicie del Busche, di. quart. bracii. Item Isabell Gayssegyll, j quart. bracij. Item in distribucione

1391. April 7.

Legacio fabrice ecclesie ac cere circa corpus ardende, aliter quam modernis temporibus.[2]

Tablecloth, etc.

[1] Omitted in MS. [2] In a later hand.

pauperum die sepulture mee, xls. Item Mariote vidue, vjs. viijd. Residuum vero omnium bonorum meorum superius non legatorum, do et lego Joh'i Frankys filio meo, quem constituo et ordino executorem meum vt ipse disponet (*sic*) et ordinet bene et fideliter pro anima mea, suo modo meliori, cum consilio et auxilio d'ni Joh'is de Bondegate sicut coram Deo voluerit respondere. Dat. apud Rypon vt supra, Anno vt supra, Hijs testibus, d'no Joh'e de Bondegate, d'no Joh'e de Rychemound, d'no Rob'to de Kendale, Capellano, et multis aliis. Item lego d'no Rob'to de Kendale, capellano, pro celebracione missarum in eccl. b'i Wilfridi Rypon' per ij annos integros, viij li.

(174) TESTAMENTUM WILLELMI AMFRAY DE COPPEDHEWYK.

1390, Dec. 7. In Dei nomine, Amen. Die Mercurii prox. ante festum S'ce Lucie Virginis, Anno D'ni Millesimo ccc^mo nonogesimo, Ego Willelmus Amfray de Coppedhewyk condo testamentum meum in hunc modum. In primis, lego animam meam Deo, beate Marie, et omnibus sanctis eius, et corpus meum ad sepeliendum in cymeterio eccl'ie beati Wilfridi Rypon'. Item lego melius animal meum pro mortuario meo. Item lego ad subportacionem eccl. b'i Wilfridi predicte, ijs. Item d'no Joh'i de Clynt, vicario meo, ijs. Item lego in vigilijs meis, vijd. Item lego quinque lb. cere ad comburend. circa corpus meum die sepulture mee. Item lego pro pane emendo ad distribuend. pauperibus die sepulture mee, vjs. viijd. Item lego ministris eccl. Rypon', pro servicio in choro, ijs. vjd. Item lego ad conuocacionem vicinorum meorum, xxs. Item lego pro scriptura testamenti mei, vjd. Residuum vero bonorum meorum non legatorum do et lego pro diuinis[1] celebratur'.[2] Item volo et constituo Joh'em Gybsone, Joh'an de Hudesay, et Ric'm fil. Will'mi executores meos pro ista vltima voluntate fideliter perimplenda.

6d. for writing out the will.

[1] MS. seems to have "diuinus."

[2] So apparently in MS., for "celebrandis."

50 v. (175) DE PREBENDA DE NONWIK.

Alexander, permissione diuina Ebor. Archiep. Anglie Primas, et apostolice sedis legatus, dilectis filiis Capitulo ecclesie nostre Colleg. Rypon', salutem, graciam, et benediccionem. Cum nos ad nominacionem excellentissimi principis et domini nostri d'ni Ricardi Dei gracia Regis Anglie et Francie et d'ni Hibernie virtute literarum apostolicarum eidem d'no Regi concessarum, d'nm Joh'em Bouruyng presbiterum ad canonicatum et prebendam de Nunwyk in eccl. predicta per mortem Mag'ri Joh'is de Thoresby vltimi canonici et prebendarii eiusdem vacantes quatenus de iure ac virtute gracie sedis apostolice et nominacionis predicte tenebamur et non aliter, saluis nobis et successoribus nostris ac eccl. nostre predicte excepcionibus et defensionibus quibuscumque tam nullitatum quam aliarum materiarum quarumcumque competentibus et competituris, tam contra personam prefati d'ni Joh'is quam literas, processus predictos admiserimus, vobis mandamus quatinus in premissis circa prefatum d'nm Joh'em vel procuratorem suum eius nomine in hac parte vlterius exequamini quod est vestrum. Valete. Dat. apud Cawod, tercio die mensis Februarij, Anno D'ni Mill'mo ccc^{mo} octogesimo, et nostre Consecracionis septimo.

1380–1, Feb. 3. Abp. A. Neville.

(176) DE PREBENDA DE NONWYK.

In Dei nomine, Amen. Nos, Capitulum eccl. coll. Rypon', Ebor. dioc. te d'nm Joh'em de Bouryng ad prebendam de Nunwyk, nuper per mortem Mag'ri Joh'is de Thoresby vltimi prebendarij eiusdem vacantem, iuxta formam, vim, et effectum prouisionis et gracie apostolice in dicta eccl. de Rypon tibi fact. ac vigore literarum illustrissimi principis Ricardi Regis Angl. quatenus virtute prouisionis et execucionis fact. per exec. gracie memorate de iure artamur, necnon virtute literarum Reuerendi in xpo patris et d'ni d'ni Alex. Dei gracia Ebor. Archiep. si dicta prebenda de Nunwyk tibi et nulli alii de iure debeatur et non aliter, te admittimus saluo

1380–1, Feb. 5.

iure cuiuscumque, saluis eciam nobis et eccl. de Rypon'. excepcionibus et defensionibus omnibus et singulis competentibus et competituris tam contra personam tuam quam graciam et execucionem omnimodam in hac parte habitam et habendam, teque in possessionem corporalem eiusdem prebende cum suis iuribus et pertinencijs, quatenus ad nos pertinet et de iure artamur, et inducimus, stallum in choro et locum in capitulo cum plenitudine iuris canonici eiusdem ecclesie tibi more debito assignamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari, v° die mensis Febr. Anno D'ni Mill'io ccc^mo Octogesimo.

51. (177) (AMOVAL FROM A CHANTRY).

1381, Sept. 24. Abp. A. Neville.

Alexander, permissione (diuina)[1] d'ns Ebor. Archiep's Anglie Primas et apostolice sidis legatus, dilectis filijs Capitulo eccl. nostre Colleg. Rypon', salutem, graciam, et benediccionem. Noueritis quod nos quemdam d'nm Joh'em de Alhaloghgate, capellanum, cantariam S'ci Joh'is Euang. in eccl'ia nostra predicta nuper occupantem, iusticia mediante, canonice et legitime declarauimus ad eandem titulum non habere, ac ipsum canonice ab eadem amouimus per decretum, prout in processu inde facto, vobis et quibuscumque aliis quorumcumque interest, ipsum processum intueri volentibus in euentu plenius lucebit. Valete. Dat. in manerio nostro de Thorp iuxta Ebor. xxiiij die mensis Septembris, Anno D'ni Millesimo ccc^mo octogesimo primo, et nostre consecracionis octauo.

(178) DE PREBENDA DE NUNWYK EX CAUSA PERMUTACIONIS.

1381-2, Mar. 18.

Capitulum eccl. coll. Rypon' Ebor. dioc. venerabili viro et discreto Mag'ro Rob'to de Manfeld, canonico et confratri nostro, salutem in omnium Saluatore.

[1] Omitted in MS.

Literas reuerendi in xpo patris et d'ni, d'ni Alexandri, Dei gracia Ebor. Archiepiscopi, Anglie primatis, et apostolice sedis legati, in hec verba recepimus. Letter from the Chapter.

Alexander, permissione diuina Ebor. Archiepiscopus, Ang. Pr., et ap. sedis legatus, dilectis filiis capitulo eccl. coll. b'i Wilfr. Rypon', sa. gra., et ben. Quia canonicatus et prebenda de Nunwyk, quos d'ns Joh'es Bouryng nuper optinuit in eadem per resignacionem earundem ex causa permutacionis facte cum canonicatu et prebenda de Eldon in eccl. colleg. Aukeland, Dunelm. dioc. quos Mag'r Rob'tus de Manfeld primas optinuit, eidem Mag'ro Rob'o auctoritate nostra sunt collati, et de eisdem canonicatu et prebenda de Nunwyk idem Mag'r Robertus est legitime institutus cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis, vobis mandamus quatinus circa prefatum Magistrum Robertum vel procuratorem suum eius nomine faciatis et exequamini in hac parte vlterius quod est vestrum. Valete. Dat. apud Thorp iuxta Ebor. vj^{to} die mensis Marcij Anno D'ni Mill'io ccc^{mo} octogesimo primo, et nostre consecracionis viij^{o}. 1381–2, Mar. 6. Mandate to induct, from Abp. A. Neville.

Nos igitur literas dicti reuerendi patris prout tenemur debite exequentes, predictum magistrum Rob'tum de Manfeld in Canonicum admisimus et confratrem, ac in possessionem dictorum canonicatus et prebende de Nunwyk, stallum in choro, et locum in Capitulo dicte prebende debita et consueta assignantes, cum omnibus iuribus et pertinenciis vniuersis induximus corporalem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari, xviij die mensis Marcij A^{o} D'ni Mill'io ccc^{mo} lxxxj^{o} supradicto. Certificate of induction.

(179) RESIGNACIO CANTARIE DE CLOTHEROM.

Memorandum quod xxvj^{o} die mensis Junii Anno D'ni Mill'imo ccc^{mo} octogesimo secundo, comparuit Joh'es de Langeworth, Capellanus, coram Capitulo Rypon', et resignauit cantariam suam de Cluther' certis causis ipsum 1382, June 26.

ad id mouentibus, et eodem die Ric. de Topclyf, Capellanus, presentatus extitit et admissus in forma ordinacionis inde facte, et fecit obedienciam suam Capitulo.

c. 1228. 51 v. (180) TESTIMONIUM WILLELMI DE STUTTEUILL DE IMMUNITATE ECCLESIE DE RIPON A SECTIS ASSISANDIS.

Printed in *Mem. Ripon*, I, 321, from the original MS. Ingilby MS. has the erroneous readings, "saturnitate" and "Emunitas."

(181) DE PREBENDA DE STAYNEWYGGES.

1384, Sept. 20. Letter from the Chapter.

Ca. eccl. coll. b. Wilfr. Rypon', Ebor. dioc., ven. et discreto viro d'no Joh'i de Midelton, Concanonico et confratri n'ro, sa. in omnium Saluatore. Mandatum ven. in xpo patris et d'ni d'ni Alex.' d. g. Ebor. Archiep. Angl. primatis et ap. sed. leg. in hec verba recepimus.

1384, Sept. 19. Mandate to induct, from Abp. A. Neville.

Alex. perm. div. Ebor. Arch. Angl. pr. et ap. sed. leg. dilectis filijs capitulo eccl. n're coll. b'i Wilfr. Rip. n're dioc., seu ipsius locum tenenti Capituli cuicumque, sa. gra. et ben. Quia canonicatus et prebenda de Stanwygges in eccl. n'ra predicta, quos d'ns Joh'es de Seggesfeld nuper optinuit in eadem, per resignacionem eiusdem ex causa permutacionis facte cum ecclesia de Berighton[1] Lincoln. dioc., quam d'ns Joh'es de Midelton primitus optinuit, eidem d'no Joh'i auctoritate n'ra sint collati, et de eisdem Canonicatu et prebenda de Staynwygges idem d'ns Joh'es de Midelton sit legitime inuestitus cum suis iuribus et pertin. vniuersis, vobis mandamus quatinus circa prefatum d'nm Joh'em de Midelton vel Mag'rum Robertum de Dalton, procuratorem suum eius nomine in hac parte coram nobis legitime constitutum faciatis et exequamini quod est vestrum. Valete. Dat. apud Cawod, xix° die mens. Septembr. Anno D'ni Mill'imo ccc^{mo} octogesimo quarto, et nostre consecracionis vndecimo.

---

[1] Broughton, near Brigg, Lincolnshire.

Nos igitur mandatum dicti ven. patris prout tenemur debite exequentes, te in personam Mag'ri Rob'i de Dalton procuraturis tui sufficientem potestatem in hac parte habentis, in corporalem possessionem dicte prebende de Stanwygges, stallum in choro et locum in capitulo dicte prebende debita et consueta assignantes, cum omnibus iuribus et pertin. suis vniuersis ad dictam prebendam pertinentibus induximus in eadem. Certificate of induction.

In cuius rei test. sig. n. presentibus est appensum. Dat. in domo n'ra Capitulari, xx° die mens. Septembr. Anno D'ni Mill'mo ccc^mo^ lxxxiiij^to^.

52. (182) DE CANTARIA DE CLUTHER.

Nouerint vniuersi per presentes quod nos Capitulum ecclesie collegiate Rypon' Ebor. dioc. ad cantariam S'ce Marie in Capella de Cluther' per resignacionem d'ni Ric'i de Topclyff vltimi Capellani eiusdem cantarie vacantem, que est de patronatu d'ni Ranulphi Pygot, Militis, d'ni de Cluther', d'nm Joh'em de Wakefeld, capellanum ad eandem Cantariam legitime presentatum admisimus, ac ipsum Capellanum perpetuum instituimus canonice in eadem in forma ordinacionis eiusdem cantarie facte, ac eundem d'nm Joh'em in corporalem possessionem d'ce cantarie cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis induximus in eadem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari, iiij° die mensis Maij, Anno d'ni Millesimo [1] octogesimo tercio. 1383. May 4. Clotherholme.

(183) COPIA TESTAMENTI JOHANNE MARICHALL IUXTA CYMITERIUM.

In Dei nomine, Amen. Secundo die Septembris, Anno d'ni Millesimo ccc^mo^ nonogesimo primo, Ego Johanna Marischall de Rypon', commorans iuxta cimiterium ecclesie Rypon', condo testamentum meum in hunc modum. In primis commendo animam meam Deo et be. 1391, Sept. 2.

[1] "ccc^mo^" omitted in MS.

Marie et omnibus sanctis eius, et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio ecclesie predicte. Item lego nomine mortuarii tunicam meam viridem bene penulatam. Item in cera iij lb. ad comburend. circa corpus meum die sepulture mee. Item lego ministris ecclesie Rypon' sex solidos et octo denarios. Item Rob'o Masham vicario meo, iijs. iiijd. Item Joh'i Wastelyne duo coopertoria iiij blankets, iiij linthiamina. Item eidem Joh'i j peluem cum j lauacro et optimam ollam domus mee, et vnam ollam continentem duas lagenas per estimacionem et di. Item dicto Joh'i vnum Bordeclathe et vnum tuallium cum vno sausenap[1] de optimis, et vnam cistam et vnum psalterium cum vna patella optima. Item Margarete de Schupam duas blanket, duo linthiamina, cum vno coopertorio. Item dicte Margarete vnam peluem cum duobus ollis optimis exceptis prenominatis. Item Alicie de Schupam vnum coopertorium, vnam lodicam, cum duabus linthiaminibus (Item sorori mee vnum coopertorium, vnam lodicam, cum iij linthiaminibus).[2] Item matri Joh'is Wastelyne j ollam eneam. Item d'no Rob'o de Durem, vjs. viijd. Item d'no Joh'i de Midelton, vjs. viijd. Item Thome de Wattring (?), iijs. iiijd. Item volo et iniungo executoribus meis quod omne residuum bonorum meorum non legat. vendantur ad sustentacionem vnius capellani diuina celebraturi pro salute anime mee et animabus omnium fidelium defunctorum quamdiu poterint sufficere et durare. Huius autem testamenti tales meos ordino, facio, et constituo executores subscriptos, videlicet, d'nm Joh'em de Kerby, d'nm Rob'm de Durem, et d'nm Joh'em de Midelton, Capellanos.

52 v. (184) ITEM DE PREBENDA DE GYUENDALE. PRO THOMA FORESTER.

1392, Dec. 19. b Capit. eccl. coll. Rip. Ebor. dioc. ven. viro et discreto d'no Tho. Forester concanonico et confratri nostri, sa. in omnium Saluatore.

[1] So in the MS., apparently for "savenap."

[2] Added at foot of page, with ✠ for reference-mark.

Mandatum ven. patris et d'ni d'ni Thome Ebor. Arch. Angl. primatis, et ap. sed. leg. in hec verba recepimus.

Thomas, perm. diu. Ebor. Arch. (*etc.*), dilectis filiis Capitulo eccl. n're Coll. Ryp. sa. gra. et ben. Cum nos Canonicatum et prebendam de Gyuendale in dicta eccl. nostra per mortem d'ni Guydonis de Rowclif vltimi Can. et Preb. eorundem vacantes et ad nostram collacionem pleno iure spectantes, dilecto filio d'no Tho. Forester presbitero contulimus, ipsumque per bereti nostri tradicionem inuestiuerimus personaliter in eisdem, vobis mandamus quatinus predictum d'nm Thomam vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem dictorum canonicatus et prebende iuriumque et pertin. eorundem inducatis, stallum in choro et locum in capitulo dictis canonicatui et prebende pertinent. debite assignantes. Dat. in hospicio n'ro iuxta Westm. x° die mens. Decembr. Anno D'ni Mill'io ccc'mo Nonogesimo secundo, et nostre Translacionis quinto. 1392, Dec. 10. Mandate to induct, from Abp. Arundel.

Nos igitur, *etc.* (*as in Form* 181).

(185) DE PREBENDA DE GYUENDALE. PRO D'NO THOMA FORESTER.

a[1] Thomas, permissione diuina Ebor. Archiep. Angl. primas, et apost. sedis legatus, dilecto filio d'no Thome Forester, sa. gra. et ben. Mores et merita quibus te nouimus insignitum multipliciter nos excitauit[2] propensius et inducunt vt personam tuam prosequamur fauore gracie[3] ampliatis. Hinc est quod Canonicatum et prebendam de Gyuendale in ecclesia nostra Collegiata Rypon' per mortem d'ni Guydonis Rowclif vltimi canonici et prebendarij eorundem vacantes et ad nostram collacionem 1392, Dec. 10. Collation by the same.

---

[1] The reference letters are to shew that No. 185 should come before No. 184.

[2] So in MS. for "excitant."

[3] So apparently in MS. Read "et gracia."

spectantes pleno iure tibi conferimus intuitu caritatis, et te per birreti nostri tradicionem inuestimus presencialiter de eisdem, decernentes te vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem dictorum canonicatus et prebende fore actualiter inducendum, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis vniuersis. Dat. in hospicio nostro iuxta Westm., decimo die mensis Decembris, Anno Domini Millesimo ccc^mo nonogesimo secundo, et nostre Translacionis quinto.

(186) PRO THOMA FORESTER.

1392, Dec. 10. The Archbishop's mandate to induct, repeated from No. 184.

53. (187) DE CANONICATU PREBENDE DE MUNKETON.

1389, July 19. Similar mandate from the same.

Thomas, permissione diuina Ebor. Archiep. Anglie primas, et apost. sedis legatus, dilectis filiis Capitulo eccl. nostre Coll. S'ci Wilfr. Ryp. sa gra. et ben. Cum nos auctoritate literarum apostolicarum et processuum inde factarum (*sic*) dilect. fil. Hugonem de Cotyngham presbiterum ad corporalem possessionem prebende de Munketon in dicta eccl. nostra colleg. Ryp. per mortem Mag'ri Ad. de Thornton vltimi prebendarii eiusdem vacantis si et quatenus vi et vigore literarum et processuum ipsorum tenebamur, et non aliter, saluis nobis et successoribus nostris ac ecclesie nostre predicte excepcionibus et defensionibus tam nullitatum quam aliarum materiarum quorumcumque tam contra dictum Hugonem quam literas et processus memoratos competentibus vel competituris in personam Ric'i de Appulton clerici procuratoris sui sufficientem in hac parte potestatem habentis admisimus. Vobis mandamus quatinus circa prefatum Hugonem vel procuratorem suum eius nomine faciatis et exequamini in ea parte vlterius quod est vestrum. Valete. Dat. in manerio nostro de Westm. xix^o die mensis Julij Anno d'ni Mill'mo ccc^mo lxxxix^o, et nostre Translacionis secundo.

(188) ITEM DE PREBENDA PREDICTA.

Capitulum eccl. coll. Rypon' Ebor. dioc. dilecto nobis in xpo ven. viro d'no Hugoni de Cotyngham, Rectori eccl. parochialis de Causton Norwycen. dioc., salutem in omnium Saluatore. Ad canonicatum et prebendam de Munkton in eccl. nostra predicta per mortem Mag'ri Ad. de Thorneton vltimi possessoris eiusdem vacantem et tibi vigore gracie et prouisionis per sedem apostolicam, ad nominacionem d'ni nostri Regis, videlicet facturum collatos et ad quos per ven. in xpo patrem et d'nm, d'nm Thomam, Dei gracia Ebor. Archiepiscopum, Anglie primatem, et apostolice sedis legatum es admissus, te in personam Ric'i de Appilton, procuratoris tui mandato sufficienti, (ut)[1] nobis constabat legitimis documentis, coram nobis tuo nomine comparentis, in canonicum et confratrem ecclesie nostre collegiate admittimus, cum suis juribus et pertin. vniuersis, ac stallum in choro et locum in Capitulo eiusd. eccl. nostre dicte prebende pertin. tibi assignamus vt est moris, decernentes te vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem dicte prebende de Munketon cum suis juribus et pertinenciis vniuersis fore actualiter inducendum. In c. r. t. sig. nostrum presentibus duximus apponendum. Dat. in domo nostro Capitulari eccl. nostre colleg. predicte vicesimo secundo die mensis Julij, Anno D'ni Mill'io ccc^mo lxxxix^o. 1389, July 22.

(189) ITEM DE EADEM PREBENDA.

Nouerint vniuersi per presentes, quod nos Capitulum eccl. coll. Rypon' Ebor. dioc. dilectum nobis in xpo venerabilem virum d'nm Hugonem de Cotyngham Rectorem eccl. paroch. de Causton Norwycen. dioc. in corporalem possessionem prebende de Munkton in ecclesia nostra colleg. predicta, per mortem Mag'ri Ad. de Thornton vltimi possessoris eiusdem vacantis et prefato d'no Hugoni vigore prouisionis et gracie sedis 1389, July 25.

[1] Not in the MS.

apostolice in hac parte sibi factam et collatam, ad quam per ven. in xpo patrem et dnm. dnm. T. Arch. Ebor. Ang. pr. et ap. s. leg. primitus et deinde per nos idem d'ns Hugo per nos admissus existit in personam Ric'i de Apilton', procuratoris sui super hoc potestatem habentis sufficientem, prout nobis constabat legitimis documentis, induci fecimus, cum suis juribus et pertinencijs vniuersis. Dat. in domo nostra capitulari ecclesie nostre predicte, vicesimo quinto die Julij A° D'ni Mill'io ccc^mo^ lxxxix°.

53 v. (190) VNUM PROCURATORIUM FACTUM PER CAP^M^ RYPON.

Nouerint vniuersi quod nos Capitulum Eccl. Coll. Rypon' Ebor. dioc., facimus, constituimus, et ordinamus dilectum nobis in xpo d'nm A. Dol, camerarium nostrum, et magistrum Nicholaum de Esyngwalde, Curie Ebor. procuratorem, nostros procuratores, actores, factores, negociorum gestores, et nuncios speciales, coniunctim et eorum quemlibet per se diuisim et in solidum, ita quod non sit melior condicio ocupantis, set quod vnus eorum inceperit alter eorum mediare valeat et finire, citra reuocacionem aliorum procuratorum nostrorum, in quibuscumque causis decimarum ex parte nostra contra quoscumque aduersarios nostros motis vel mouendis, dantes et concedentes eisdem procuratoribus coniunctim, et alteri eorum in solidum, potestatem generalem et mandatum generale et speciale in premissis nomine nostro agendi defendendi proinueniendi iuramentum de calumpnia et de veritate dicenda, ac quodlibet genus liciti sacramenti in animas nostras prestandi, testes, literas, et instrumenta, et alia probacionum genera producendi et exhibendi, ac producta et producenda inpugnandi, crimina et defectus obiciendi, et obicienda, respondenda, producenda et appellanda, prouocaciones et appellaciones notificandi et intimandi, eorumque causas prosequendi, apostolos[1] petendi et recipiendi, alium vel alios procuratorem vel procuratores loco eorum in

[1] Letters dimissory, or, letters of appeal.

premissis substituendi eosque reuocandi, procuratorisque officium in se reassumendi et aliud exercendi, omniaque alia et singula in premissis necessaria vel oportuna faciendi et expediendi, eciam si mandatum magis exigant speciale; pro eisdem vero procuratoribus nostris et eorum substituendis et quolibet eorundem rem ratam haberi iudicium sisti et iudicatum solui sub ypoteca et obligacione omnium bonorum nostrorum promittimus et exponimus cauciones.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari Rypon' vj° die Januarii Anno Domini, *etc.*

(191) PRESENTACIO VICARIE D'NI JOH'IS DE MEPHALE VICARIJ DE STODELAY.

Venerabilibus viris et discretis Capitulo eccl. Coll. beati Petri Ripon', Ebor. dioc., suus humilis et deuotus confrater Joh'es de Sleford, canonicus ac prebendarius prebende de Stodelay in eadem, obedienciam, reuerenciam, et honorem. Ad vicariam prebende mee predicte de Stodelay per resignacionem d'ni Joh'is de Stransale vltimi vicarii eiusdem prebende ad meam presentacionem spectantem, dilectum michi in xpo d'nm Joh'em de Mephale capellanum, Ebor. dioc., vobis presento, humiliter supplicans et deuote quatinus eundem d'nm Joh'em ad dictam vicariam caritatis intuitu velitis admittere, et ipsum vicarium perpetuum instituere in eadem, cetera que vobis incumbunt in hac parte peragere dignemini graciose. Dominus vos conseruet in prosperis prout opto. In cuius rei testimonium presentibus sigillum apposui. Dat. apud Balsham,[1] in crastino S'ci Martini, A° D'ni Mill'io ccc^mo Nonogesimo secundo. 1392, Nov. 12.

(192) ITEM DE VICARIA PREDICTA.

Chapter certify to induction. Form as in No. 2. 1392, Nov. 30.

---

[1] In Cambridgeshire. See *Mem. Ripon*, Vol. II, 187, 188.

54. (193) ADMISSIO W. DE CAWODD AD PREBENDAM DE THORP.

1393. April 3. Capitulum eccl. coll. Ripon' venerabili viro Mag'ro Will'o de Cawodde, in legibus licenciato, salutem in sinceris amplexibus Saluatoris; ad prebendam de Thorp in dicta ecclesia nostra per mortem Mag'ri Joh'is de Clyfford vltimi prebendarii eiusdem vacantem, et sibi per reuerendum in xpo patrem et d'nm, d'nm Thomam, Dei gracia Ebor. Archiepiscopum, Anglie primatem, et Apostolice sedis legatum collatam, te, de cuius meritis et virtutibus sinceram in d'no fiduciam optinemus, in personam d'ni Joh'is Walkingham, clerici, procuratoris tui sufficientem in hac parte potestatem habentis, admittimus, teque dicte eccl'ie nostre recipimus in canonicum et in fratrem, assignantes tibi ac dicto procuratori tuo tuo nomine stallum in choro et locum in capitulo dicte prebende pertinentia. Decernimus eciam te vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem ipsius prebende cum suis juribus et pertinenciis vniuersis fore actualiter inducendum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. Ripon' tercio die mensis Aprilis, Anno D'ni Mill'mo ccc^{mo} Nonagesimo tercio.

(194) ADMISSIO D'NI JOH'IS DEEN AD PREBENDAM DE STAYNEWYGGES.

1397. April 26. Letter from the Chapter. Capitulum eccl. coll. beati Wilfr. Rypon' Ebor. dioc. ven. viro et discreto d'no Joh'i Deen, canonico et confratri nostro, salutem in omnium Saluatore. Mandatum reuerendi viri Mag'ri Will'i de Cawodd in legibus licenciati, Canonici eccl. Coll. Rypon', Reuerendi in xpo patris et d'ni, d'ni Rob'ti Dei gra. Ebor. Archiep'i, Anglie Primatis, et apostolice sedis legati in spiritualibus vicarii generalis in hec verba recepimus.

Abp. Waldby.

1397. April 21. Mandate to induct, issued by the Vicar General. Will'mus de Cawodd in legibus licenciatus, Canonicus eccl. Coll. Rypon', reuerendi in xpo patris et d'ni, d'ni Roberti d. g. Ebor. archiep. Angl. pr. et ap. sedis leg., in spiritualibus vicarius generalis, venerabilibus viris Capitulo

eccl. Coll. Rypon', salutem in amplexibus Saluatoris. Quia canonicatum et prebendam de Staynewygges in eccl. Coll. Rypon' predicta per resignacionem d'ni Joh'is de Myddelton vltimi prebendarii eorundem d'no de Deen, capellano, ex causa permutacionis facte cum ecclesia parochiali de Brandesby, Ebor. dioc. quam idem d'ns Joh'es Deen primitus optinuit, vacantes et ad collacionem dicti reuerendi in xpo patris pleno iure spectantes, auctoritate sufficiente nobis in hac parte commissa, ipsi contulimus, et ipsum ex causa permutacionis (**54 v.**) huiusmodi per libri tradicionem inuestiuimus presencialiter de eisdem. Vobis mandamus quatinus prefatum d'nm Joh'em Deen vel procuratorem suum eius nomine ex causa permutacionis predicte in corporalem possessionem dictorum canonicatus et prebende inducatis vel induci faciatis, cum omnibus suis iuribus et pertin. vniuersis, stallum in choro, locum in capitulo eidem assignantes, et vlterius circa eum faciatis et exequamini in hac parte quod est vestrum. Dat. Rypon' xxj die mensis Aprilis, Anno D'ni Mill'imo ccc^{mo} nonogesimo septimo.

Nos igitur mandatum d'ci Magistri Will'i vicarii generalis prout tenemur debite exequentes, predictum d'nm Joh'em Deen in corporalem possessionem dicte prebende de Staynewygges, stallum in choro et locum in Capitulo dicte prebende debita et consueta assignantes, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis vniuersis ad dictam prebendam pertinentibus, induximus in eadem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari, vicesimo sexto die mensis Aprilis, Anno d'ni Mill'imo ccc^{mo} nonogesimo septimo. Testimonial of induction.

(195) LITERA INTESTATI.

Capitulum eccl. coll. b'i Wilfridi Ripon' dilecto nobis in xpo d'no Ric'o de Morton, salutem in eo per quem est vera salus. De tuis fidelitate et industria plenius confidentes, administratorem bonorum que fuerunt Rob'ti

de Ledes nuper ab intestato decedentis infra nostram jurisdiccionem vbicumque existencium, te ordinamus, proficimus, et deputamus, prefato per te coram nobis iuramento corporali ad sancta Dei euangelia, predicta bona huiusmodi diligenter et fideliter perquirere, investigare, defendere, custodire, saluare, et omnia et singula ipsis huiusmodi bonis vtilia facere et invtilia pretermittere, et inuentarium fidele de ipsis bonis facere et debita dicti defuncti quatenus bona se extendunt soluere. Necnon administracionis et cure ipsorum bonorum secundum iuris ordinem reddere racionem, ceteraque omnia et singula faciend. et expediend. que in premissis et circa ea necessaria fuerint vel oportuna tibi comittimus vices nostras. Dat. in domo nostra Capitulari, *etc.*

(196) INDENTURA CAPELLE DE CLUTHER'.

1351, Sept. 19. The same as No. 38, but the latter part is missing.

55. (197) COPIA ORIGINALIS ISTIUS PROCESSUS HABETUR IN LIBRO BEATI WILFRIDI INTER NOMINA GRITHMANNORUM, VLTIMO FOLIO, AD TALE SIGNUM O || O

1358, Oct. 15. Memorandum quod die Lune prox. post festum Deposicionis beati Wilfridi Ripon', Anno D'ni Millesimo ccc^{mo} quinquagesimo octauo, d'nus Rogerus de Hewyk, miles, parochianus Mag'ri Thome de Freskney, Canonici ecclesie Collegiate Ripon et prebendarii prebende de Gyuendale in eadem, qui eundem Mag'rum Thomam et ministros suos decimas reales et prediales ville et territorii de Hewyk de anno predicto prouenientes colligere percipere et abducere temeritate propria impediuit, et ipsas decimas contra voluntatem dicti Mag'ri Thome occupauit et detinuit occupatas, in domo capitulari Ripon' coram Mag'ro Joh'e de Crakehall, penitenciario d'ni Archiepiscopi Ebor. et in hac parte Commissario inter cetera deputato personaliter comparuit et delictum suum in hac parte commissum sponte agnoscens, de predicto Mag'ro Thoma tunc presente veniam pecijt sibi dari, paratum se offerens ad satisfaciendum de peccato ab

excommunicacionis sentencia quam racione occupacionis detencionis et impedimentorum predictorum dampnabiliter incurrebat, humiliter pecijt se absolui. Vnde, prestita sufficienti caucione de satisfaccione realiter prestanda, dictus penitenciarius et commissarius predictum Rogerum a dicta excommunicacionis sentencia in forma iuris absoluit. Et iniunxit eidem Rogero in virtute iuramenti in hac parte prestiti, quod de cetero ab huiusmodi excessibus se abstineat, et eos in futur' non committat, quodque pro commisso duos cereos vnius libri ad magnum altare ecclesie predicte offerat et dimittat.

(198) (Presentation to Chantry).

Memorandum quod iiij^to^ die Nouembris feoffatores terrarum d'ni Will'mi Ynggelby, militis, presentauerunt d'nm Johannem Arnclyf ad Cantariam in capella be. Marie Rypon' capitulo Ecclesie Collegiate Ripon'. 1358 ?[1] Nov. 4.

(199).

Item in festo S'ci Theodori Martiris, Thomas Orme, Vicarius ecclesie de Farnham,[1] vnus feoffatorum dicti d'ni Will'mi exhibuit presenciam suam, certificando capitulo de sibi nota vacacione cantarie predicte, videlicet die Lune proximo ante festum S'ci Michaelis.[2] 1358 ?[1] Nov. 9.

(200) *An entry of 13 lines, carefully erased.* 24 Sept. in 1358.

(201). (Oath of obedience to the Chapter).

Ye shalbe trew and trew mynde beyr to this Kyrk and Capitur obbedient to the Residenciari And Chanons ther secretys trewly keyp deligent in fulfylyng of all the cherges belongyng to yor office. 1358.[1]

55 v. (202) (Royal letter authorizing an exchange).

Ricardus, Dei gracia Rex Anglie et Franc' et d'ns Hibernie, dilectis sibi in xpo Capitulo Collegiat' de Rypon, salutem. Cum dilecti nobis Robertus de Manfeld, 1397, Nov. 15.

[1] Probably Farnham near Knaresborough.

[2] The writing of these two entries and of No. 200 seems to be of the same date as that of No. 197.

clericus, prebendarius prebende S'ci Michaelis in ecclesia collegiata S'ci Joh'is Beuerlac' et prebende de Nonwyk in dicta ecclesia de Rypon'. et Adam Fenrother, prebendarius prebende altaris S'ci Jacobi in ecclesia collegiata S'ci Joh'is Beuerlaci, predicta, beneficia sua predicta intendant, ut asserunt, adinuicem canonice permutare, Et nos dictam prebendam de Nonwyk in dicta ecclesia de Rypon' ad nostram donacionem spectantem racione temporalium Archiepiscopatus Ebor. nuper vacantis et in manu nostra existentis, prefato Ade ex causa huiusmodi permutacionis faciende dederimus et concesserimus, Habend. cum suis iuribus et pertinencijs quibuscumque, prout in literis nostris patentibus inde confectis plenius continetur, Vobis mandamus quod eidem Ade stallum in choro et locum in capitulo racione dicte prebende de Nonwyk ex causa predicta prout moris est assignetis. Teste me ipso apud Westm. xv die Nouembr. Anno regni nostri vicesimo primo.

Prebend of Nunwick in the hands of the Crown *sede vacante.*

(203) MONICIO FACTA D'NO JOH'I MEPALL AL' DICTUS ELY.

1399. Dec. 4.

Memorandum quod quarto die Decembris anno D'ni Millesimo ccc^mo^ nonogesimo nono, Mag'ro Will'o de Cawod et d'no Joh'e de Dene, Canonicis Capituli eccl. Colleg. Rypon' Capitulariter congregatis, comparuit personaliter coram eisdem d'ns Joh'es Mepall, vicarius chori, quem quidem d'nm Joh'em Mepall dictus Magister Will's de Cawod super nonnullis articulis impetiuit, et presertim super eo quod plures (*sic*) et nimis frequenter se a choro absentauit, licencia non petita nec obtenta, et quod diuinis officijs in choro prout debuit personaliter non interfuit, propositisque verbotenus quibusdam excusacionibus per ipsum d'nm Joh'em factis freuolis et frabricatis (*sic*), demum, habitis deliberacione et tractatu, prefatus Magister Will's de Cawod, vice et auctoritate Capituli, monuit sepe dictum d'nm Joh'em Mepall primo, secundo, et tercio et peremtorie quod de cetero faceret debitam sectam[1] choro tam interessendo personaliter

[1] MS. has "Cectam."

diuinis officiis, cantando, salmodizando, et cuncta faciendo que ad eum tanquam ad vicarium chori pertinent, et prout ad hec tenetur et astringitur vinculo juramenti. Acta sunt hec die et anno D'ni supradictis, presentibus d'nis Joh'e de Deen et Joh'e Redenes.

(204) MONICIO FACTA D'NO JOH'I ELY AL' MEPALL NUNCUPATO.

In Dei nomine, Amen. Nos, Will'ms Cawod, Canonicus ecclesie Collegiate Ripon' ac residenciarius in eadem, vice et auctoritate Capituli et de communicato consilio et assensu confratris mei assedentis, d'ni Joh'is de Deen, te Joh'em Ely, vicarium huius ecclesie, primo, secundo, et tercio monemus et in virtute sancte obediencie et iuramenti tui in admissione tua prestiti, tibi iniungimus et mandamus, vt firmam prebende de Mounkton et quamcumque aliam, necnon officium procuratoris pro fructibus et prouentibus eiusdem vel alterius cuiuscumque colligendis omnino dimittas et renuncies, et verbo pure, sponte, et absolute, infra duos menses, prout statuta ecclesie nostre exigunt et requirunt, et hoc sub pena iuris que incumbit in hac parte. 1410, June 10.

Facte erant moniciones et iniuncciones supradicte in domo capitulari Ripon' decimo die mensis Junij, anno Domini Millesimo ccc^mo decimo, presentibus d'no Joh'e Deen, Canonico et prebendario prebende de Staynwygges, et d'nis Rob'to Merott et Joh'e Thurn, vicarijs ecclesie, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(Form).

56. (205) ADMISSIO AD PREBENDAM VACANTEM PER MORTEM, etc.

Capitulum ecclesie collegiate beati Wilfridi Rypon' honorabili viro d'no Joh'i de B. Capellano, salutem in sinceris amplexibus Saluatoris. Ad Canonicatum eccl'ie nostre Rypon' et prebendum de . . .[1] in eadem per mortem 14—.

[1] Edge of leaf mouse-eaten.

d'ni R. de N. vltimi Canonici et prebendarij eorundem vacantes, et sibi . . .[1] (per) reuerendissimum in xpo patrem et d'nm, d'nm Th. permissione diuina Eboracen. Archiep'm, Anglie primatem, et apostolice sedis legatum collatos, te in personam discreti viri d'ni W. de K., capellani, procuratoris tui sufficientem in hac parte potestatem habentis, ac ipsum procuratorem nomine . . .[1] (tuo) admittimus, et per libri tradicionem inuestimus realiter de eisdem, stallumque in choro, locumque in Capitulo dictis Canonicatui et prebende pertinentes tibi ac dicto procuratori nomine tuo assig(na)mus, dictumque d'nm Robertum nomine suo in corporalem possessionem dicte prebende, cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis, per d'nm Joh. Rednes subthesaurarium ecclesie nostre predicte, actualiter induci fecimus Juribus libertatibus et consuetudinibus nostris et ecclesie nostre predicte ac Jure alterius cuiuscumque in omnibus semper saluis. Dat. Ripon' in domo nostra capitulari, sexto die mensis Oct. Anno d'ni Mill'io cccc°, *etc.*

(Form).

(206) ADMISSIO AD PREBENDAM EX CAUSA PERMUTACIONIS.

1409, July 6. Capitulum ecclesie Collegiate b'ti Wilfridi Rypon' discreto viro Mag'ro A. de D., capellano, salutem in sinceris amplexibus Saluatoris. Ad Canonicatum eccl'ie nostre Rypon', et prebendam de G. in eadem per liberam resignacionem venerabilis et discreti viri Mag'ri G. de F. vltimi Canonici et prebendarij eorundem per modum et ex causa permutacionis facte cum et pro ecclesia parochiali de T. Lyncoln dioc. quam tu primitus optinuisti, vacantes et tibi per reuerendissimum in xpo patrem et d'nm nostrum d'nm H. permissione diuina Eboracen. Archiep'm Anglie primatem et apostolice sedis legatum ex causu huiusmodi permutacionis faciende collatos, te in personam discreti viri d'ni J. de P., Capellani, procuratoris tui sufficientem in hac parte potestatem habentis, ac ipsum procuratorem nomine tuo in corporalem possessionem

[1] Edge of leaf mouse-eaten.

dicte prebende cum suis Juribus et pertinencijs vniuersis per d'nm J. B., subthesaurarium ecclesie nostre predicte actualiter induci fecimus, Juribus, libertatibus, et consuetudinibus nostris, et eccl. nostre predicte ac iur' alterius cuiuscumque in omnibus semper saluis. Dat. Ripon' in domo nostra capitulari, vj die mensis Julij A° D'ni M°cccc° nono.

(Form).

(207) PRESENTACIO AD RECTORIAM VACANTEM PER MORTEM, etc.

Reuerendissimo in xpo patri et d'no, d'no H. Dei gracia Eboracen. Archiep'o, Anglie primati, et apostolice sedis legato, suus humilis et deuotus filius W. T., omnimodas reuerencias et honores. Ad medietatem (ecclesiam *written over*) ecclesie de B. in Crauen vestre dioc. per mortem d'ni H. P. vltimi rectoris eiusdem vacantem et ad meam presentacionem spectantem, dilectum michi in xpo d'nm J. D., capellanum paternitati vestre reuerende presento intuitu caritatis: Supplicans eidem humiliter et deuote quatinus dictum d'nm J. admittere, ipsumque canonice instituere in eadem cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis, ceteraque omnia peragere que vestro incumbunt officio pastorali dignemini cum fauore, ad curam gregis vobis crediti. Vos conseruet omnipotens et semper cum honore. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Dat. apud W. Dunolm. dioc. xv° dei Sept. A° D'ni M°cccc° nono. 1409, Sept. 15.

56 v. (208) (Appointment of Sub-treasurer).

(Memorandum)[1] quod secundo die Decembr. Anno D'ni Mill'imo ccc^{mo} nonagesimo octauo, Mag'ro Will'mo (de Ca)wod, d'no Hugone Cotyngham, Mag'ro Adam Fenrother, d'no Johanne de Deen, (Ca)nonicis ecclesie beati Wilfridi Ripon' in domo Capitulari capitulariter congregatis, et de (neg)ociis ecclesie et Capituli ad inuicem tractantibus Officioque Subthezaurarij ipsius ecclesie per 1398, Dec. 2.

[1] Here, and below, the edge of the leaf is mouse-eaten.

(mor)tem d'ni Will'mi Sckayff Capellani protunc vacante, cuius collacio ad Capitulum (e)o quod prefatus d'ns Hugo Cotyngham, prebendarius de Mounkton et thezaurarius ecclesie personam (ido)neam et dicti officii capacem infra mensem a tempore note vacacionis in loco (mi)nime presentabat fuerat deuoluta, habitoque tractatu diligenti super nouo Subthezaurario preficiendo (de)mum Capitulum contulit dictum officium Subthezaurarij d'no Johanni Redenes, Capellano Cantarie be. Marie ex iure sibi per lapsum temporis deuoluto, et iuramentum corporale tactis sacrosanctis secundum vim, formam, et effectum ordinacionis inde facte recepit ab eodem. Acta sunt hec anno, die, et loco supradictis.

(209) JURAMENTUM SUBTHEZAURARIJ.

Ego J. de R. iuro quod istud officium Subthezaurarij in ecclesia ista michi commissum diligenter exequar, et bona sub mea custodia existencia et michi commissa fideliter conseruabo, ac mandatis et iniunctis Capituli licitis et canonicis quatenus ad officium meum concernunt parebo humiliter et intendam, sicut me Deus adiuuet et hec sancta.

(210) AUGMENTACIO CANTARIE ALTARIS SANCTI ANDREE APOSTOLI IN ECCLESIA RIPON'.

1369-70, Jan. 10. Archbishop Thoresby's letter.

Vniuersis sancte matris ecclesie filijs presentes litteras inspecturis, Johannes, permissione diuina Ebor. Archiep'us, Anglie Primas, et apostolice sedis legatus, salutem in sinceris amplexibus Saluatoris. Illorum deuocionem sinceram qui ad diuini cultus augmentum multiplicando numerum [1] ministrancium in ecclesia sancta Dei, ac eciam ad instituend. perpetuo missarum solempnia pro salute viuorum et requie defunctorum, porciones congruas de possessionibus et facultatibus eis a Deo collatis libertate gratuita largiuntur, pia nos conuenit intencione fouere et salubre eorum propositum paternis affectibus quantum

[1] In the MS. this word has a superfluous stroke.

cum Deo poterimus promouere. Sane cum quidam Galfridus Larder olim Canonicus ecclesie nostre Colleg. b'i Wilfridi Ripon' quandam Cantariam perpetuam ad altare Sancti Andree in dicta ecclesia sub certa forma fundauerit et eidem Cantarie certos terras et redditus in villis de Wynkeslay et Ripon' dederit et assignauerit, prout in carta inde confecta plenius continetur, subsequenter venerabilis vir et dilectus in xpo filius dominus Dauid de Wollore Canonicus ecclesie nostre predicte prouide attendens quod redditus et prouentus Cantarie predicte qui quadraginta solidos per annum nullatenus excedebant ad congruam sustentacionem vnius capellani diuina in eadem celebraturi et ad onera eidem incumbencia debite supportanda sufficere non poterunt hijs diebus, quodque dicta Cantaria propter notoriam inopiam ac insufficienciam prouentuum eiusdem stetit per non modica tempora quasi vacua et desolata, ac officijs diuinis penitus destituta, et propterea pie affectans huiusmodi exilitati noui apposicione remedij occurrere intuitu caritatis, ad laudem Dei et sui cultus augmentum ac animarum salutem, certa redditus, terras, et tenementa in villa Ripon Cantarie predicte de licencia d'ni nostri Regis [1] et nostra [2] ac omnium aliorum quorum interest in hac parte adquisiuit, et ea d'no Johanni Clint Capellano Cantarie predicte et successoribus suis Capellanis Cantarie predicte diuina in ecclesia nostra (57) Ripon' ad altare predictum pro personis et animabus infrascriptis in forma que sequitur imperpetuum celebraturis, in vberiorem sustentacionem eorundem gratanter dedit et concessit et per suam cartam libere confirmauit, prout in carta huiusmodi plenius continetur, et super hoc dictus d'ns Dauid nobis humiliter supplicauit vt, visa carta predicta et aliis in hac parte requisitis Cantariam predictam et ordinacionem inde factam auctoritate nostra ordinaria confirmare et ratificare nostris literis curaremus ; Cuius quidem carte dicti d'ni Dauid tenor per omnia talis est :

Galfr. Larder, the first founder.

David de Wollore is augmenting the endowment,

and has sought the sanction of the archbishop.

[1] *Mem. Ripon*, Vol. I, 161. [2] *Mem. Ripon*, Vol. II, 127.

1369. Mar. 29. Charter of David de Wollore, granting houses and land in Ripon.

Sciant presentes quod ego Dauid de Wollore concessi et hac presenti carta mea confirmaui Johanni de Clynt, perpetuo Capellano Cantarie altaris beati Andree Apostoli in ecclesia Collegiata Ripon', octo mesuagia, duo gardina, octo acras terre et dimidiam, vnam acram prati et dimidiam, et triginti et quinque solidatas et octo denarratas redditus cum pertinencijs in Ripon, vnde quinque mesuagia insimul iacent in le Merketstede inter mesuagia Johannis de Tanfeld ex parte vna et mesuag. Walteri de Ledes ex parte altera. Item vnum mesuagium iacet in Alhaloghgate iuxta mesuagium Rob'ti de Brunhows. Item vnum gardinum iacet ibidem iuxta predictum mesuagium, et abbuttat super gardinum Isolde Milner, et duo mesuagia iacent in Annsgate iuxta mesuagium fabrice ecclesie Ripon' et vnum gardinum iacet ibidem subtus murum Cimiterii ex parte australi ecclesie. Item octo acre terre et dimidia et vna acra prati et dimidia iacent per parcellas in Campo Ripon' in diuersis locis. Item viginti solidatas redditus exeuntis de terris et tenementis que quondam fuerunt Ric'i le Schephird in Ripon in le Horsfaire et alibi ad terminos Martini et Pentecostes annuatim per equales porciones. Item septem solidatas redditus exeuntis annuatim de vno tenemento Rogeri Wright in Skelgate ad eosdem terminos. Item sex solidatas redditus exeuntis annuatim de vno burgagio et dimidia acra prati Henrici Attekeld in Berforgate et Randekerr ad terminos predictos. Item duo (*sic*) solidatas et octo denarratas redditus exeuntis de vno tenemento quondam[1] Galfridi Glouer in Ploxomgate ad eosdem terminos per equales porciones. Tenend. et habend. omnia predicta mesuagia, gardina, terras et prata, redditus cum suis pertin., predicto Johanni et successoribus suis Capellanis Cantarie predicte diuina celebraturis singulis diebus ad altare predictum in augmentacionem sustentacionis sue, libere, quiete, integre, bene, et in pace et imperpetuum de capitalibus d'nis feodorum illorum per seruicia inde debita et de iure

[4] MS. has "quodam."

consueta. Et si contingat predictum redditum triginta et quinque solidorum et octo denariorum a retro esse (*power to distrain*). Ita semper quod Capellanus Cantarie predicte qui pro tempore fuerit matutinis vesperis et alijs horis canonicis in choro dicte ecclesie continue intersit. Et ego vero predictus Dauid (*Warranty*). In cuius rei test h. p. c. sig. m. apposui, Hijs testibus, Rogero de Hewyk, Simone Warde, Cristoforo Maylloure, militibus, Johanne de Schyrwode, Rob'to de Brunhows, Johanne de Tanfeld, Will'mo de Scotton, Waltero de Ledes, et multis aliis. Dat. apud Ripon, vicesimo nono die mensis Marcij, Anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo tercio.

☞ The Chaplain to be present in choir.

Ordinacio vero dicte Cantarie per dictum d'nm Dauid facta sequitur in hunc modum.

Ordination of the Chantry.

In primis, predictus d'ns Johannes Clint, Capellanus, et successores sui Capellani Cantarie predicte qui pro tempore fuerint intersint personaliter in choro ecclesie nostre Ripon in habitu condecenti quolibet die matutinis horis canonicis magne misse, vesperis, et in omnibus processionibus sicut ceteri ministri ecclesie predicte nisi infirmitate fuerint detenti, vel aliquam causam racionabilem habuerint per quam poterunt debite excusari. Qui quidem d'ns Johannes Clint et successores sui capellani dicte Cantarie pro salubri statu nostro et dicti d'ni Dauid ac venerabilium virorum dominorum Henrici de Ingelby, Willelmi de Dalton, Canonicorum Ebor., d'ni Thome de Newby Canonici Lincoln, et d'ci d'ni Johannis Clint dum vixerimus, et animabus nostris cum ab hac luce migraue- (**57 v.**) rimus, necnon animabus Galfridi quondam Ebor. Archiep'i, Godfridi et Galfridi Larder, ac eciam animabus parentum, amicorum, et benefactorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum, diuina officia singulis diebus ad altare Sancti Andree Apostoli in dicta ecclesia nostra Ripon' perpetuo celebrabunt, et alia facient et implebunt que inferius recitantur. Et quandocumque dicta Cantaria exnunc vacauerit, D'ns

Chaplain to be present in choir, and shall daily officiate at St. Andrew's altar for the persons named.

Abp. Geoffrey Plantagenet.

Thomas de Merkyngfeld and his heirs to be patrons.

Thomas de Merkyngfeld miles, verus eiusdem patronus, et, ipso mortuo, heres suus qui pro tempore fuerit, infra quadraginta dies a tempore cuiuslibet note vacacionis eiusdem, Capellanum ydoneum ad dictam Cantariam Capitulo Ripon' presentabit, qui quidem Capellanus per dictum Capitulum ad ipsam Cantariam admittetur et instituetur canonice in eadem. Et si dictus d'ns Thomas vel heredes sui infra huiusmodi quadraginta dies Capellanum ydoneum ad dictam Cantariam cum vacare contigerit non presentauerint, extunc in eius vel in eorum defectum collacio eiusdem ad dictum Capitulum Ripon' illa vice libere deuoluatur, saluo dicto d'no Thome et her. s. pleno iure ad dictam Cantariam alias cum vacauerit, presentandi.

The Chaplain's oath.

Insuper, quilibet Capellanus qui pro tempore fuerit in admissione sua ad dictam Cantariam iurabit super sancta Dei Euangelia quod calices, libros, vestimenta, tualia, vasa, et alia ornamenta pertinentia dicto Altari, ac eciam terras, res, redditus, tenementa, cartas, munimenta, ad dictam Cantariam pertinentia integra et illesa sine diminucione aliquali, saluo custodiet et faciet custodiri et fideliter obseruari, et nichil omnino de premissis impignorabit, vendet, vel ad perpetuam firmam dimittet, seu aliquo quocumque titulo vel ingenio alienabit, set predicta ornamenta et mesuagia ad dictam Cantariam spectancia, quandocumque refeccione indiguerint, ea sumptibus suis proprijs reparabit seu faciet sufficienter reparari.

The Chaplain to reside on the south side of the church, near the graveyard, and daily say mass for the said souls, with the Office of the Dead on ferial days, and special collects.

Predictus eciam Capellanus prefatam habens Cantariam in prefata villa Ripon' in manso suo ex parte australi ecclesie Ripon' prope Cimiterium personaliter residebit et singulis diebus, impedimento cessante legitimo, missam suam pro animabus predictis ad altare supradictum, et officium mortuorum singulis diebus feriatis quando dicendum fuerit dicat et faciat cum Placebo et Dirige, Commendacione animarum cum oracionibus consultis, speciales collectas pro nobis et dicto d'no Dauid ac personis et animabus omnibus supradictis in forma superius recitata. Si vero dictus Capellanus aliquid de dictis libris et ornamentis, redditibus, terris, et tenementis

seu possessionibus impignorare, vendere, seu quouis alio quocumque titulo vel ingenio presumpserit contra ordinacionem supradictam, quicquid in hac parte presumptum fuerit irritum habeatur et inane, et omni careat robore firmitatis. Insuper quilibet Capellanus in dicta Cantaria instituendus tempore institucionis sue huiusmodi prestet ad sancta Dei Euangelia iuramentum corporale quod omnia et singula in presenti ordinacione contenta, cessante impedimento legitimo, fideliter obseruabit et eciam adimplebit. Et dictus d'ns Joh'es Clynt et quilibet successor eius Capellanus Cantarie predicte qui pro tempore fuerit soluet singulis annis nobis et successoribus nostris in recompensacionem lesionis et pro indempnitate ecclesie nostre Ebor. pro certis Mesuagijs dicte Cantarie concessis que de nobis tenentur, duos solidos ad festa Pentecost. et S'ci Martini per equales porciones. Et preter hoc faciet inde annuatim Capitalibus d'nis feodorum illorum omnia alia seruicia debita et de iure consueta. Vnde nos Johannes Archiep'us supradictus laudabile propositum d'ci d'ni Dauid in Domino contemplantes, ac volentes ea que diuini cultus augmentum et salutem respiciunt animarum, pronis desideriis promouere, inspectis carta dicti d'ni Dauid et licencia in hac parte habitis, ac aliis et singulis in ordinacione predicta contentis, super quibus omnibus habita cum iuris peritis deliberacione matura, causisque in dicta ordinacione discussis et debite ponderatis, eorumque voluntate et assensu quorum in hoc casu interest concurrentibus, dictam Cantariam et eius ordinacionem ac omnia et singula in ipsa ordinacione contenta, quantum ad nos attinet, acceptamus, et ea omnia et singula, prout superius recitantur, fieri et perpetuo in suis viribus obseruari, statuimus, decernimus, et diffinimus, eaque ratificamus, approbamus, et auctoritate nostra pontificali tenore presencium confirmamus; Saluo nobis et successoribus nostris in recompensacionem lesionis et pro indempnitate ecclesie nostre Ebor. supradicte annuo censu duorum solidorum vltra antiquum redditum (58) et seruicia

The Chaplain cannot alienate anything belonging to the chantry.

The Chaplain's oath.

Charge of 2s. a year due to the Church of York.

And usual services to capital lords of fees.

Archbishop Thoresby approves

and confirms subject to indemnity of 2s. to Church of York,

and usual services. consueta per dictum dominum Johannem Clynt et successores suos Capellanos Cantarie predicte nobis et successoribus nostris loco et terminis predictis singulis annis imperpetuum per equales porciones fideliter vt predicitur persoluendo, Juribus, iurisdiccione, dignitate, libertate, priuilegio, et honore nostri et ecclesie nostre predicte in omnibus semper saluis.

In quorum omnium testimonium atque fidem has literas patentes sigilli nostri appensione fecimus communiri Dat. apud Thorp iuxta Ebor. decimo die mensis Januarij Anno D'ni Mill'imo ccc^mo^ Sexagesimo nono, et nostre translacionis decimo octauo.

(211).

1369-70. Jan. 20. The Chapter of York also approve and confirm,

Et nos Capitulum ecclesie beati Petri Ebor., Decano eiusdem in remotis agente, prehabita sufficienti [1] et tractatu diligenti qui requiritur in hoc casu de et super augmentacione Cantarie predicte ad instantem procuracionem predicti d'ni Dauid in dicta ecclesia collegiata Ripon' per prefatum reuerendum in xpo patrem dominum Archiepiscopum Ebor. vt prefertur, facta ac de et super ceteris in dictis literis prefati reuerendi patris contentis, concurrentibus omnibus et singulis que de iure in hac parte requiruntur, eandem ordinacionem et alia omnia et singula supradicta quatenus ad nos attinet acceptamus, ratificamus, et approbamus, ac eciam confirmamus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari, vicesimo die mensis predicti Januarij, Anno D'ni supradicto.

(212).

1369-70, Feb. 6. as do the Chapter of Ripon.

Et nos Capitulum eccl. b. Wilfridi Ripon, prehabita sufficienti deliberacione et tractatu diligenti . . . in prefata nostra ecclesia . . . sexto die mensis Februarij, Anno D'ni supradicto. (Form No. 211).

[1] "deliberacione" omitted in MS.

(213) ADMISSIO MAGISTRI JOH'IS CLERE FACTA PER CAPITULUM RYPON' VT SEQUITUR DE PREBENDA DE STAYNWYGGES.

Vniuersis sancte matris ecclesie filijs presentes literas inspecturis vel audituris. Capitulum ecclesie collegiate beati Petri Ryponie, Salutem in omnium Saluatore, et fidem indubiam presentibus adhibere. Nouerit vniuersitas vestra quod nos venerabilem et discretum virum Magistrum Johannem Clere in decretis Bacallarium in Canonicum et prebendarium canonicatus et prebende de Staynwigges in Ecclesia nostra collegiata predicta quos Reuerendissimus in xpo pater et dominus, dominus Johannes, permissione diuina tituli Sancte Balbine presbiter Cardinalis, Ebor. Archiep'us, Anglie primas, et Apostolice sedis legatus, per mortem magistri Ricardi Morton vltimi canonici et prebendarij eorundem vacantes nuper contulit eidem Mag'ro Joh'i, ac ipsum in eisdem inuestiuit, coram nobis personaliter ad sancta Dei Euangelia iuratum de obseruando ordinacionem dictorum Canonicatus et prebende ac statuta et consuetudines dicti Capituli nostri, recepimus et admisimus, et eidem M'ro Johanni sic recepto et admisso stallum in choro et locum in Capitulo eisdem Canonicatui et prebende ab antiquo debita et consueta assignauimus, ipsumque in corporalem possessionem predictorum Canonicatus et prebende ac mansionis principalis eorundem, stallique in choro et loci in capitulo memorato induci fecimus, mandauimus, et procurauimus, cum suis Juribus et pertinencijs vniuersis. In cuius rei testimonium atque fidem has literas uestras testimoniales sigillo capituli nostri predicti pendente signatas eidem M'ro Johanni fieri fecimus et liberauimus. Dat. in domo nostra Capitulari in vigilia Natalis D'ni vidz vicesimo ij° (*sic*) die mensis Decembr. Anno D'ni Mill'imo cccc^mo quadragesimo septimo.

1447, Dec. 22 or 24.

Abp. John Kempe.

58 v. (214) ORDINACIO CANTARIE IN CAPELLA BE. MARIE IN STAYNBRYGGATT.

Vniuersis s. m. e. tam pres. quam fut. presentes literas tripartitas inspecturis. Rob'tus de Duresme et 1377-1388.

With the consent of Archbishop Neville, the Crown, and all concerned, is founded a chantry for the benefit of persons named.

Joh'es de Clynt, capellani, salutem in omnium Saluatore. Nouerit vniuersitas vestra nos de concensu et voluntate venerabilis in xpo (patris) [1] et d'ni, d'ni Alex. Dei gracia Ebor. Archiepiscopi, ac serenissimi Principis Ricardi, Dei gracia Regis Angl. illustris, et omnium aliorum quorum interest in hac parte concensu et licencia speciali pro salute predicti venerabilis in xpo patris, Ranulpi Pygot, militis, Magistri Joh'is Clyfford, Joh'is de Inggelby, Joh'is de Topclyff, Joh'is de Carleton, Joh'is de Hawkeswyk, Ric'i Sunnyng, Nich'i de Dall, Will'i de Thorneton, Will'i de Scotton, Joh'is del Grene, Thome de Ledes, Joh'is de Morpath, Joh'is Frankysch, Joh'is de Lynton, Will'i del Water, Ric'i de Snawdon, Walteri de Ledes, Johanne de Burton, Mergar' Scotton Woman, et animabus omnium fidelium defunctorum, dedisse, concessisse, et presenti scripto nostro tripartito confirmasse Deo et beate Marie Virgini et omnibus Sanctis, necnon Joh'i de Cabargh, Capellano, et successoribus suis Capellanis in Capella beate Marie virginis Ripon' in Staynebriggate perpetuo diuina celebraturo, terras, redditus, et tenementa subscripta, videlicet, vnum mesuagium in Staynebriggate de concessione Joh'is de Topclyff, et vnum mesuagium et duas bouatas terre cum pertin. in Scharrowe de dono d'ni Joh'is de Cabergh. Et de dono Joh'is de Carleton vnum mesuagium in Ripon in Alhalowgate. Et de dono Joh'is de Hawkeswyk quendam annualem redditum sex solidorum et octo denariorum exeunt. de tenementis suis in le Marketstede, iuxta crucem ex parte occidentali. Et de dono Nich'i de Dall, quendam annualem redditum sex solidorum et octo denariorum exeunt. de terris suis in Staynbrigate et Alhalowgate. Item vnum Cotagium de dono predicti Nicholai sicut iacet in vico S'ce Marie in Ripon iuxta mesuag. Joh'is de Clynt. Et de dono Ric'i de Sunnyng vnum mesuagium in Alhalowgate iuxta mesuag. Joh'is de Hawkeswyk. Et vnum mesuagium de dono Joh'is del Grene super le Cornehill iuxta mesuag. Ric'i de Richemund (*blank space of about two-thirds of a*

The endowments and their donors.

[1] Omitted in MS.

line). Et de dono Thome de Ledes tres acras et di. terre in campis de Ripon et Thorp iuxta Ripon. Et de dono Walteri de Ledes quemdam annualem redditum sex solidorum et octo denariorum de ten. suo iacente in le Merketstede ex parte orientali inter mesuag. Rob'ti de Burnehows ex vna parte et ten. Joh'is Frankysch ex altera parte. Item de dono predicti Joh'is de Hawkeswyk, vnum annuam redditum sex solidorum et octo denariorum exeunt. de vno mesuagio quondam Galfridi Glouere in Ploxomgate. Et de dono et concessione Ranulphi Pygot, militis, quemdam annualem redditum decem solidorum exeunt. de terris et ten. suis in Bokesby Pykall. Et dono Will'i de Thorneton quemdam annualem redditum sex solidorum et octo denariorum exeunt. de ten. suo in Westgate in quo predictus Will's inhabitat. Et de dono Joh'is de Morpath quemdam annualem redditum sex solidorum et octo denariorum exeunt. de quadam Grangia et vno columbari iacent. iuxta Grangiam Henrici del Keld. Et dimidiam partem vnius Cotagij in Westgate ex dono Rob'ti de Wytton et Joh'is Frankysch cum omnibus suis pertinencijs quibuscumque, que quidem terre et tenementa predicta tenentur de d'no Archiep'o et alijs. Habend. et tenend. predicto d'no Joh'i de Cabergh, Capellano, et successoribus suis Capellanis temporibus perpetuis futuris in dicta Capella celebraturis pro viuis et defunctis superius specificatis, libere, quiete, et in pace faciend. et reddendo Capitalibus d'nis feodorum illorum seruicia debita et de iure consueta. Ac eciam volumus et ordinamus quod dictus Joh'es de Cabergh Capellanus et successores sui Capellani in dicta Cantaria quandocumque et quocienscumque vacauerit admittend. infra quadraginta dies a tempore note vacacionis dicte Cantarie per Joh'em de Ingelby quamdiu vixerit et per ipsius heredes de corpore suo legitime procreatis post eius mortem Capitulo eccl. Coll. Ripon' presententur et per dictum Capitulum in eadem Cantaria sine mora canonice instituantur et in corporalem possessionem eiusdem actualiter inducantur. Et si predictus Johannes

John de Ingelby and his heirs to be patrons.

If kept vacant 40

days, to lapse to Chapter of Ripon, de Ingelby vel heredes sui non presentauerint infra quadraginta dies a tempore note vacacionis, extunc volumus quod Capitulum eccl. Coll. Ripon' predicte infra then after 40 days to the Archbishop, quadraginta dies prox. sequent. presentent. Et si Capitulum predictum infra quadraginta dies non presentent, extunc volumus quod Archiep's Ebor. qui pro saving the right of presentation to the Ingelbys in future cases. tempore fuerit presentet. Saluo tamen prefato Joh'i de Ingelby et her. s. et Capitulo predicto iure suo presentandi et patronatus alias cum dicta Cantaria vacauerit. Et si predictus Joh'es de Ingelby obierit sine heredibus de If John de Ingleby dies without an heir, the Chapter of Ripon are to present perpetually. corpore suo legitime procreatis, extunc volumus aduocacionem et patronatum dicte Cantarie siue Capellanarie Capitulo eccl. Coll. Ripon remanere imperpetuum, ita quod non licet prefato Joh'i vel her. suis dictam aduocacionem alienare inperpetuum. Et si dictus Joh'es Cabergh Capellanus vel successores sui terras redditus, tenementa, The Chaplain cannot alienate. res, libros, calices, vestimenta, vel alia quecumque ornamenta dicte Cantarie pertinencia alienauerit sine inpignorauerit, consumpserit, vel vastauerit, vel inhoneste vixerit, tunc amoueatur, et alius ydoneus capellanus per dictum Johannem de Ingelby vel her. s. presentetur et in forma predicta instituatur et inducatur in Cantaria The Chaplain daily to say mass, etc., for those specified. predicta. Eciam volumus et ordinamus quod dictus Joh'es de Cabergh Capellanus et successores sui singulis diebus matutinas, missam, et alias horas canonicas simul cum Placebo et Dirige, exceptis festis duplicibus, tam pro viuis quam pro defunctis superius specificatis et pro cuntis fidelibus viuis et defunctis dicant et celebrent deuote nisi infirmitate vel alia legitima et honesta causa If prevented, to find a substitute. fuerit impeditus. Et si taliter impeditus fuerit, vel causa racionabili se absentauerit, extunc volumus et ordinamus quod dictus Joh'es de Cabergh Capellanus vel alius qui pro tempore fuerit, per alium ydoneum et honestum Capellanum in dicta Capella diuina vt predicitur The Chaplain's oath on institution. faciat celebrari. Item volumus et ordinamus quod post institucionem dictorum Capellanorum, quilibet eorum antequam a loco quo institutus fuerit se diuertat, Juramentum corporale super sacrosancta Dei Euangelia

prestet et faciat coram Capitulo memorato, quod secundum formam, modum, et ordinaciones predicta, Cantarie predicte deseruiet quamdiu ipsam occupauerit vel tenuerit, et secundum seruicium in forma predicta superius recitata diligenter et fideliter faciet et complebit.

(215) (ACTS OF CHAPTER IN GENERAL CONVOCATION).

(59) Acta in generali conuocacione singulorum fratrum et Canonicorum Ripon' ecclesie per Capitulum eiusdem ecclesie die Martis, videlicet in crastino Sancti Marci Euangeliste celebrata Anno d'ni Millesimo cccc^{mo} primo de communi consilio et de vnanimi assensu Canonicorum tunc ibidem presencium, et procuratorum Canonicorum absencium. 1401, April 26.

In primis, ordinatum et statutum est, quod quando fuerit conuocacio celebranda, litera citacionis emanet per tres septimanas ante ipsum diem conuocacionis, et quod in fine citacionis hec clausula inseratur, "quod si dictis die et loco vna nobiscum canonice prepediti non possitis personaliter interesse, aliquem de Capitulo nostro quem duxeritis eligendum, qui velit personaliter interesse vestrum constituatis procuratorem, dantes ei plenam potestatem nomine vestro nobiscum tractandi et consenciendi omnibus et singulis super quibus tunc pro honore et vtilitate ecclesie duxerimus consentire." Letters of citation to go out three weeks before Convocation

Item statutum est quod habens prebendam litigiosam non admittatur de cetero ad signandum literas seu alia quecunque sub sigillo Capituli, nec ad residenciam seu ad aliquem tractatum seu actum per Capitulum exercendum, quousque possessionem pacificam fuerit assequtus. In case of disputed possession, a canon cannot act until he obtains peaceable possession.

Item in terris et domibus prebendarum siue in ipsis prebendis ad firmam dimittendis, Canonicus si voluerit pro equali precio aliis preferatur, et si secus actum fuerit, non valeat ipso iure, et prebendarius sic ad firmam dimittens, extraneum Canonico preferendo, xxs. fabrice ecclesie soluere teneatur, et sic soluat de anno in annum durante dimissione supradicta. In letting prebendal lands, etc., canons are to have the first offer.

Violation of sequestration involves excommunication.

Item statutum est si quis temeritatis audacia sequestrum per Capitulum interpositum violare presumpserit, excommunicacionis incurrit sentenciam ipso facto.

Pro vicarijs.

Vicars to be fined for absence from choir without sufficient cause.

Item ordinatum et statutum est quod si vicarius a Choro se absentauerit, licencia non petita et optenta, nisi per Cure sue exercicium legitime fuerit impeditus, super quo requisitus fidem faciat proprio iuramento, pro singulis horis maioribus viz. matutinis, missa, et vesperis, quibus vel qua ipsum a Choro abesse contigerit, de suo stipendio ij denarii per Camerarium Capituli subtrahantur; per horis vero minoribus secundum arbitrium Capituli puniantur.

Pro diaconibus et subdiac.

Deacons also, and sub-deacons.

Diaconi vero et subdiaconi, si eos vel eorum aliquem abesse contigerit, vt prefertur, pro qualibet hora maiori amissione vnius denarii multentur. Aliis vero antiquis statutis ecclesie de aliis pro tempore absencie vicariorum substituendis, quibus statutis derogare non intendimus, in suo robore perpetuo duraturis.

No clerk to be ordained by authority of Chapter unless he has served in the Church and been found worthy.

Item, quod nullus clericus ordinetur auctoritate Capituli, neque ad titulum ecclesie ad ordines de cetero promoueatur, nisi fuerit de Choro, vel steterit in seruicio alicuius Canonici, et quod tunc fiat in Capitulo examinacio specialis coram Canonicis tunc in ecclesia residentibus, de conditionibus, moribus, vita, et literatura singularum personarum ordinandarum, et qui digni inuenti fuerint promoueantur; qui autem indigni nullatenus admittantur.

No leases to extend beyond ten years,

Item, quod de cetero non fiant dimissiones reddituum tenencium vel terrarum vel domuum quarumcunque ad quamcumque prebendam spectancium vltra spacium x annorum, sine speciali tractatu in solempni conuocacione super hoc habendo, omnibus et singulis canonicis vocatis legitime seu citatis, et tunc fiat inquisicio specialis an huiusmodi dimissionem fieri vrgens necessitas vel euidens ecclesie vtilitas exposcant, et extunc fiet reprobacio vel confirmacio prout videbitur canonicis vtitilati ecclesie expedire.

unless in very special cases.

Item, quia Canonici residentes retroactis temporibus maioribus et solempnioribus festiuitatibus anni in ecclesia nostra residere et diuinis interesse officiis non curarunt, nos, in diuini cultus augmentum et honori ecclesie prospicere cupientes, ac canonicos et confratres nostros presentes et futuros ad residendum in festiuitatibus supradictis animare volentes, de unanimi consensu et assensu omnium et singulorum confratrum nostrorum presencium, statuimus et diffiniendo ordinamus, quod quilibet Canonicus residencialis qui in festo Natiuitatis Domini et per octabas eiusdem residenciam in dicta ecclesia nostra fecerit personalem, xxvjs. percipiat de comuna; qui vero in festo Paschae cum tribus diebus sequentibus xiijs. iiijd., et qui in festo Ascensionis Domini cum tribus diebus precedentibus similiter duas marcas, in festo Pentecostes cum tribus diebus sequentibus personaliter residebit, consimiliter xiijs. iiijd. percipiat de comuna.

Canons not having always resided and been present in choir at the greater festivals are now to have extra payments from the common fund if keeping residence and present in choir.

Nota quod quilibet Canonicus residere volens debet personalem sua propria persona protestacionem suam facere in Capitulo.[1]

Item statutum et ordinatum est quod quilibet Canonicus volens in nostra ecclesia residere pro primaria residencia facienda, prius accedat personaliter ad domum Capitularem eiusdem ecclesie in festo Annunciacionis Beate Marie vel infra octo dies proxime sequentes, et ibidem personaliter protestetur de residendo et residenciam suam faciendo pro illo anno vel aliter ad distribuciones (emolumentorum *erased*) non admittetur, nec residere pro anno illo reputabitur.

Protestation of residence.

(59 v.) Item statutum et ordinatum est quod quilibet Canonicus volens de nouo residere in principio prime sue residencie, facta protestacione vt prefertur, xls. soluat realiter Camerario nostro in augmentum commune ipsius ecclesiae, nec ante veram solucionem huiusmodi per ipsam (*sic*) realiter factam residere censeatur, nec distribuciones percipiat quoquomodo.

Each Canon to pay 40s. to the common fund on beginning his residence.

[1] This note is in a later hand.

Absence on Chapter business to count as residence.

Item quod canonicus absens in negociis ecclesie euidenter et de consensu capituli censeatur residere et pro residente habeatur.

Dilapidations.

Item quod canonicus domos prebende sue in statu quo eas inuenit sustineat, et quod ad reparacionem earundem non teneatur post mortem, nisi ad reparacionem defectuum contigencium tempore suo, hoc excepto, quod si quam pecuniam a predecessore receperit, et si illam pecuniam in reparacionem seu edificacionem domorum prebende non comitterit, illam refundere teneatur.

Nota de solucione capis.

Item, quod quilibet canonicus soluere teneatur vnam capam preciosam valoris x marc. in vita sua, quam si non soluerit in vita, soluat post mortem x li.

Cope-money to be used for copes and vestments.

Item, quod huiusmodi pecunia soluenda pro capis cedat in vsum caparum et vestimentorum ecclesie nostre.

Services for Athelstan and others once a month.

Item quod quolibet mense vno die, quo comodius fieri poterit, fiant solempnes exequie in choro pro animabus Athelstani Regis et aliorum Regum et pontificum ac canonicorum et benefactorum ecclesie nostre.

Clerks to be courteous to parishioners, and not to compose ribald verses.

Item, quod clerici et alii ministri ecclesie honeste se gerant erga parochianos, nec aliquos rithmos componant vel verba inhonesta et opprobriosa inferant sutoribus vel aliis artificibus ville, et si contrarium expellantur.

Nota de exequijs . . .[1] *pro Rege Ao et alijs.*

Item, quod quolibet anno die (*blank*) mensis (*blank*) fiant generales et solempnes exequie Athelstani Regis in quibus conueniant ad ecclesiam omnes fugitiui, et solempniter classicum pulsent, et in missa offerant; qui vero absens soluat fabrice xijd.

No layman, least of all a sanctuary man, is commonly to bear weapons or leave them in the church.

Item, quod nullus laicus et maxime fugitiuus communiter arma portet, nec reponat infra ecclesiam, videlicet sparthis,[2] baculos, vel lanceas, quod si fecit, cedant in vsum fabrice ecclesie.

---

[1] A word illegible here.

[2] A sparth was a staff with an axe head (Ducange).

Item, quilibet fugitiuus in prima admissione sua ad libertatem de obseruando predicta corporaliter iuret. Oath of a sanctuary man.

Item, quod Capitula ordinacionis facte per bone memorie T. et W. dudum Archiepiscopos Ebor. tangencia ministros ecclesie (pp. 6–9), quolibet mense in capitulo semel, omnibus ministris presentibus, distincte legantur, et contra delinquentes fiat exequcio. Statutes concerning ministers to be read out in Chapter-house once a month.

Item, quod nullus vicarius vel minister ecclesie aliquam pecuniam de oblacionibus faciendis sibi auctoritate propria sumat, set clericus suus oblacionem integram camerario nostro restituat, et quod vicario vel clerico ex consuetudine debetur camerarius refundat, qui contrafecerit (*blank*). All oblations to be handed to the Chamberlain, who will refund what is due.

Item, statutum et ordinatum est quod fines terrarum et tenementorum que sunt de tenura singulorum canonicorum ecclesie nostre non fiant per seneschallum, set per ipsum Canonicum ad quem pertinet, vel per locum suum tenentem ad hoc specialiter deputatum. Fines of lands, etc., not to be levied by the Seneschal, but by a Canon.

Item, ordinatum et statutum est, quod nullus admittatur in Canonicum et in fratrem nisi personaliter vel per procuratorem cum mandato, siue procuratorio sufficienti legitime constitutum, potestatem iurandi in animam domini sui de obseruando statuta et consuetudines ecclesie habentem, ipsumque procuratorium penes Capitulum et eius acta omnino dimittat. Alioquin pro non admisso habeatur. *Nota quod procuratorium debet remanere penes Capitulum omnino.*

Ac eciam omnes infrascripti vicarii, in presencia dicti Capituli et reuerendi viri Magistri Alani Newarke, curie Ebor. aduocati, personaliter congregati, xvij die mensis Septembris Anno Domini m°cccc° octauo, sponte et sine aliqua compulsione statuerunt et concesserunt vnanimi assensu et consensu pro se et successoribus suis, quod quilibet vicarius a primo die sue commissionis in vicariam suam vsque ad ultimum diem sue resignacionis siue mortis, sextam partem omnium expensarum dicte domui sue cum pertinenciis libenter et sine aliqua 1408, Sept. 17. The Vicars agree that each shall pay one sixth of the expenses of their house.

contradiccione salueret et supportaret sub pena prenominata . . . Magistro Alano Newerke tunc commissario Magistro Will'o Cawod et Magistro Adam Fenrother, residenciariis, et d'no Johanne Deen, Rectore chori, presentibus.

Also that each on coming in shall contribute 6s. 8d. and a silver spoon price 2s.

Item ordinatum erat communi assensu et consensu dictorum vicariorum, pro se et successoribus suis vicariis, quod quilibet vicarius dicte ecclesie Collegiate, in primo ingressu suo, sine aliqua contradiccione realiter solueret vjs. viijd. sterlingorum et vnum cocleare argenteum prec. ijs. pro suo perpetuo memoriale et in recompensacione ceterorum vtensilium ibidem inuentorum.

60. (216) PREUILEGIUM IMPETRATUM PER ORDINEM CISTERCIENSEM.

1390, Aug. 5. ☞

Bonefacius (ix^us *inserted*) Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis vniuersis Abbatibus et Conuentibus Cist. ordinis per regnum Anglie constitutis, salutem et apostolicam benediccionem. Pro reuerencia virginis gloriose genetricis Dei Marie, cui preclarus ordo vester specialiter dedicatus esse denoscitur, ac pro multis laudabilibus vestris meritis quibus virtutum dnic (*sic*) et apostolice sedi multipliciter complacetis, humiles deuocionis vestre preces aure benigna suscipere et pio dilectamur affectu efficaciter adimplere, hinc est quod nos, vestris supplicacionibus inclinati, vt de terris, pratis, tenementis, possessionibus, siluis, animalibus, et rebus aliis quibuscunque de quibus dum in manibus vestris fuerint a prestacione decimarum, per indulta sedis[1] apostolice priuilegiati estis vel exempti, si ea concessistis vel concedetis in posterum aliis ad firmam annuam procurandam, dum tamen in hijs alienacio perpetua non existat, nullus a vobis vel ab ipsis firmariis vestris decimas vel primicias exigere vel extorquere presumat, nec ad huius solucionem prescripcionis titulo, aut quouis alio iure seu colore acquisito ante hec tempora

Exemption from payment of tithes.

---

[1] MS. has "cedis."

aut in posterum acquirendo compelli valeat seu valeant vobis autoritate presencium de speciali gracia indulgemus, decernentes[1] irritum et inane quicquid contra tenorem huius indulgencie attemptatum fuerit vel contigerit attemptari constitucionibus et ordinacionibus apostolicis in concilio generali vel aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumserit indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum non. Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

(217) NOTE.

Omnia acta huius pape Bonefacii noni, quibusdam exceptis, fuerunt reuocata, quia multi falsarii tollerati sunt in tempore suo[2] (*secunda manu*).

(218).

Consilium Lateranense Alexandri iij^{cij} fuit celebratum Consilia Lateran.
Anno D'ni Mill'mo c^{mo} lxxix. Lateranense consilium generale Innocencii tercij, de quo loquitur ca^{m} nuper, extra. de decimis, fuit celebratum Anno D'ni ab incarnacione eiusdem Millesimo cc^{mo} xv^{mo}, mense Novembr., Pontificatus sui xviij^{o} anno, vt notat archiepiscopus, de religiosis domibus, ca. unico, libro vj^{to}, et Jo. in no. t. ne in ex^{a} de elect.[3]

(219) ORDINACIO ET PROUISIO PARLIAMENTI CONTRA PRIUILEGIUM SUPRADICTUM.

Henricus, Dei gracia Rex Angl. et Franc. et D'ns Hibernie, vniuersis et singulis Abbatibus, Prioribus, et Conuentibus ordinis Cisterciensis infra regnum nostrum 1400, May 24. Henry IV.

[1] MS. has "discernentes."

[2] Neither this nor any other Privilegium of Boniface IX is printed in Henriquez, *Privil. Ord. Cist.*, Antw., 1630.

[3] The references in this section are to the Corpus Juris Canonici. The first is to the chapter beginning with the word *nuper*, in the *Extravagantes*, section *De decimis*. The next is to a chapter beginning *unico*; the last I have not been able to make out.

Although from time immemorial tithes have been paid by Cistercians on their possessions, as by our other subjects, the regulation of which belongs to the Crown and not to any other authority within our realm, you, relying on certain Apostolic letters, have been hindering the payment of tithes, in contempt of us and the injury of the clergy and people of our realm, We, considering, that if this be tolerated the Church of England will be enormously injured;

Anglie, salutem. Ex clamosis queremonijs nonnullorum subditorum nostrorum regni nostri predicti ad nostrum nouiter peruenit auditum, quod, licet a tempore quo non extat memoria vniuersi et singuli tenentes et firmarii maneriorum, terrarum, et tenementorum, pratorum, siluarum, et possessionum vestrorum et predecessorum vestrorum de eisdem maneriis, terris, tenementis, pratis, siluis, et possessionibus per ipsos sic ocupatis, necnon de quibuscumque animalibus et aliis rebus eorundem tenencium et firmariorum decimas, tam maiores quam minores, soluere consueuerunt, et de iure teneantur, prout et eodem modo quo alij subditi nostri soluunt infra idem regnum nostrum, diuerseque indenture et composiciones reales de percepcione et quietacione huiusmodi decimarum, inter quam plures predecessorum vestrorum predictorum et alias personas regni nostri predicti, quarum cognicio et districio ad nos et coronam nostram, et non ad alium infra regnum nostrum predictum specialiter noscuntur pertinere, confecte et inite existant, Vos tamen, colore quarundam literarum Apostolicarum ad minus veram suggestionem vestram a sede Apostolica vobis nuper concessarum, nunc tenentes et firmarios maneriorum, terrarum, tenementorum, pratorum, siluarum et possessionum vestrorum quominus ipsi huiusmodi decimas de eisdem maneriis, terris, tenementis, pratis, siluis et possessionibus ac animalibus et rebus suis predictis ecclesiarum Rectoribus et aliis quibus decime ille solui debeant et consueuerunt soluere poterunt impedire intenditis, cognicionem indenturarum et composicionum predictarum ad Curiam xpianitatis deducendo et attrahendo, in nostri contemptum et preiudicium ac cleri et populi regni nostri predicti perturbacionem et commocionem manifesta, Nos, premissa intime considerantes, (**60 v.**) nolentes quod pro indempnitate nostra, necnon quiete cleri et subditorum nostrorum predictorum in hac parte nouitates predictas infra regnum nostrum predictum aliqualiter tollerare, maxime cum ex hiis, si tollerarentur, ecclesia Anglicana turbaretur et enormiter

lederetur, Rectoresque, Vicarij, et alii beneficiati infra dictum regnum nostrum, propter subtraccionem huiusmodi decimarum, solitam hospitalitatem tenere, decimas nobis concessas, ac nobis et heredibus nostris inposterum concedendas, soluere, aut alia onera, tam ordinaria quam extraordinaria eisdem beneficiatis incumbencia, supportare non poterunt vt tenentur, nosque et alii patroni beneficiorum predictorum iacturam aduocacionum nostrarum beneficiorum predictorum incurreremus, aliaque dampna, mala, et gravamina innumerabilia inde verisimiliter euenirent, vobis et cuilibet vestrum districtius quo possumus et sub incumbentibus penis et periculis prohibemus ne quicquam in premissis colore dictarum literarum apostolicarum quod in nostri contemptum seu preiudicium aut statutorum legum seu consuetudinum regni nostri predicti eneruacionem seu cleri et populi predictorum commocionem cedere poterit aliqualiter attemptetis seu attemptari procuretis quouismodo. Et si quid per vos seu aliquem vestrum in hac parte minime rite attemptatum fuerit, id sine dilacione reuocari facietis. Teste meipso apud Westm. xxiiij die Maij, anno regni nostri primo.

We too and other patrons will suffer great loss,

we strictly forbid you to do anything in virtue of the said Apostolic letters, to the contempt or prejudice of us or of the laws of our realm, and if you have attempted any such thing, you had better at once revoke it.

(220) ORDINACIO PRO MORA VICARIORUM IN COMUNI.

Memorandum quod Anno D'ni m^lcccc^mo octauo, xj die mensis Maij, Magister Adam de Fenrother et d'ns Joh'es de Dene, Canonici ecclesie b'i Wilfridi Rypon', prebendarij prebendarum de Nunwyk et de Staynwygges, in domo Capitulari capitulariter conuenerunt, Capitulum facientes, dictusque Magister Adam, vice et auctoritate Capituli, monuit et iniuncsit omnibus et singulis Vicariis Chori adtunc coram ipso personaliter congregatis, quod citra diem Lune prox. post festum Assumpcionis Virginis gloriose prox. futurum, prouiderent et ordinarent sibi domum infra bedernam in qua domo simul comedere et suis communibus expensis viuere possint in communi, citra diem Lune antedictum, et hoc sub penis grauioribus

1408, May 11.

infligendis si sua demerita hoc exposcant. Acta sunt hec anno loco et die supradictis, presentibus d'no Joh'e de Rednes subthezaurario ecclesie et vicarijs supradictis.

(221) (The Chapter order the Vicars to live in Common).

1408, July 7. Item vij° die Julij, Anno D'ni supradicto, Mag'ri Will's de Cawod, Adam de Fenrother, et d'ns Joh'es de Dene, Canonici, in domo Capitulari conuenerunt, capitulum facientes, habitoque tractatu cum Vicarijs ad tunc personaliter coram eis existentibus, de et super mora sua in communi mensa facienda pro ut eis al' fuerat iniunctum vicibus repetis (*sic*) ac attendentes ex facti qualitate et verisimilibus coniecturis quod ad comorandum in communi prout eis sepius fuerat iniunctum se minime disponebant, Mr. Will's de Cawod vice et auctoritate Capituli ad rogatum et de expresso consensu confratrum suorum predictorum, coram Vicarijs ibidem presentibus quamdam billam quam in manu sua tenebat publice legit, dictisque vicarijs iniuncsit prout in dicta billa continetur, cuius tenor sequitur, et est talis.

(222) (The Injunction).

1408, May 11. In Dei nomine, Amen. Cum nuper, vice et auctoritate Capituli vobis vicarijs istius ecclesie quorum omnium et singulorum nomina habemus hic pro expressis xj die mensis Maij in hac domo nostra Capitulari per honorabilem virum Magistrum Adam de Fenrother, canonicum et residenciarium istius ecclesie fuerat canonice iniunctum et in virtute sancte obediencie demandatum vt prouideritis vobis de domo infra bedernam siue mansum vicariorum in qua domo possitis simul comedere et in mensa vestris sumptibus viuere in communi citra diem Lune prox. post festum Assumpcionis Virginis gloriose prox. futurum prout hoc idem alias vobis fuerat iniunctum et demandatum ; Nosque Willelmus de Cawod, Adam de Fenrother et Joh'es de Dene, canonici et prebendarii prebendarum de Thorpe, Nonwyk, et de Staynwygges, nolentes nostra decreta seu (61)

The Vicars have been enjoined to live in common in their Bedern.

mandata fore delusoria, sed pro viribus cupientes ad honorem Dei et ecclesie et ad vicariorum honestatem et sui gradus decenciam ea firmiter obseruari, auctoritate Capituli ordinamus et diffiniendo statuimus, quod a singulis vicarijs nostris monicionibus et iniunccionibus supradictis non parentibus cum effectu, de suis stipendijs que de comuna Capituli recipiunt pro qualibet septimana sue absencie, ymo verius sue contumacie et inobediencie xijd. per manus Camerarij Capituli subtrahantur, quam penam ad vsum et vtilitatem vicariorum comorancium in communi vt superius est ordinatum volumus applicari. Si vero omnes et singuli vicarij indurato animo, quod absit, nostris iussionibus et mandatis de comorando simul ut prefertur non paruerint cum effectu, volumus et ordinamus quod ab vnoquoque eorundem pro singulis septimanis in quibus in suis contumacia et proteruitate perseuerant, et quovsque duxerint convenire et comorari per manus Camerarij modo et forma supradictis xijd. subtrahantur, que pena sic comisse —[1] fabrice istius ecclesie conuertatur. Acta sunt hec anno mense et die supradictis, presentibus dictis vicarijs —[2] Joh'e de Thurn et Roberto Meroth, et alijs.

They are to be fined 12d. for each week of absence,

the fines to go to the fabric fund.

(223) (A further Injunction).

1408, Sept. 18.

In Dei nomine, Amen. Cum nuper vobis vicariis huius ecclesie Collegiate beati Wilfridi Rypon omnibus et singulis quorum —[2] habemus pro expressis vice et auctoritate Capituli fuerat canonice iniunctum monitum et mandatum vt secundum vim tenorem et effectum statutorum istius ecclesie ad quorum obseruanciam vos et vestrum quilibet in sua admissione vinculo iuramenti est astrictus pro mora et cohabitacione vestris in mensa communi infra bedernam vestram ordinare et prouidere curaueritis termino legitimo et competenti vobis et vestrum singulis prefixo et assignato, vos tamen Joh'em Ely, Ric'm Morton, et Joh'em Quinton, istius ecclesie

Three of the Vicars are rebellious,

[1] Portions of ff. 61, 62, have been eaten away. We may perhaps supply "culpe" here.

[2] A word or two gone.

vicarios, vt filios inobedientes, contumaces, et rebelles, monicionibus nostris huiusmodi non parentes exhabundanter et ad vestram maliciam convincendam monemus coniunctim et diuisim primo secundo et tercio ac peremtorie et in virtute sancte obedientie, quatinus infra octo dierum spacium, quorum duos pro primo et duos pro secundo et residuum temporis pro tercio et peremtorio termino, canonica monicione premissa, assignamus quatinus infra tempus supradictum pro cohabitacione vestra cum socijs vestris in mensa et in communi modo et forma supradictis prouideatis et ordinetis realiter et personaliter cum effectu sub penis infrascriptis, videlicet quod si premissa omnia et singula non adimpleueritis seu distuleritis contumaciter adimplere cum effectu exnunc pro extunc et extunc prout exnunc in vos Joh'em Ely, Ric'm Morton, Joh'em Qwynton et singulariter in singulos, predicta canonica monicione premissa, suspencionis sentenciam ab ingressu ecclesie ferimus in hijs scriptis. Et si huiusmodi suspencionis sentenciam per alios octo dies prefatos octo dies inmediate sequentes sustinueritis, vos et vestrum singulos in hijs scriptis suspendimus a diuinis. Et si prefatas interdicti et suspencionis sententias per alios octo dies prefatos xvj dies inmediate sequentes animo, quod absit, sustinueritis indurato, exnunc pro extunc et extunc prout exnunc, predicta canonica monicione premissa, vos Joh'em Ric'm et Joh'em supradictos et vestrum singulos in hijs scriptis sentencia excommunicacionis innodamus, penis al' inflictis contra contumaces et rebelles in hac nichilominus in suo robore duraturis, cum crescente contumacia crescere debiat et pena, iuxta ciuiles et canonicas sanctiones. Facte et lecte erant moniciones, iniuncciones, et sentenciarum prolaciones suprascripte in domo capitulari ecclesie collegiate Rypon' per venerabilem virum Magistrum Adam de Fenrother, canonicum et residenciarium ecclesie Rypon', vice et auctoritate Capituli, xviij die mensis Septembris, Anno D'ni Mill'mo cccc^mo viij, presentibus Will'mo de Cawod et d'no Joh'e de Dene, canonicis, et d'nis Joh'e Rednes et Joh'e Thorn Capellanis.

and are admonished.

and threatened with suspension,

and excommunication if still rebelling.

61 v. (224) ADMISSIO MAGISTRI STEPH'I LESCROPE AD PREBENDAM DE STUDELAY.

Ricardus, perm. diu. Ebor. Arch. Angl. pr. et Ap. sed. legatus, dil. fil. Cap. eccl. nostre Coll. Rip., sa. gra., et ben. Quia nos Canonicatum et prebendam de Studelay in eccl. nostra Coll. pred. vac. et ad nostram collacionem pleno iure spectantes Mag'ro Lescrop, Juniori, Clerico, contulimus intuitu caritatis, et ipsum in personam Rob'ti Woluenden canonici ecclesie nostre Cath. Ebor., procuratoris sui legitime in hac parte constituti, per birreti nostri tradicionem inuestiuimus de eisdem, Vobis mandamus quatinus circa prefatum Mag'rum Stephanum faciatis vlterius et exequamini in hac parte quod est vestrum. Dat. in manerio nostro de Thorp iuxta Ebor. xvj° die mensis Nouembris, Anno D'ni Millesimo cccc^mo^ primo, et nostre translacionis quarto. 1401, Nov. 16. Abp. Scrope

Istud mandatum fuit presentatum Capitulo xix° die mensis Nouembr. et die sequenti fuit admissus per procuratorem, super qua admissione habuit literas Capituli in forma. Nov. 19.

(225) ADMISSIO MAG'RI GEORGIJ DE MONDELLIS AD PREBENDAM DE GYUENDALE.

Capit. eccl. Cath. Ebor. sede Archiepiscopali et decanatu eiusdem vacantibus, dilectis nobis in xpo Capitulo eccl. Coll. Ripon', salutem in D'no sempiternam. Cum nos discretum virum Magistrum Georgium de Mondellis in phisico doctorem ad prebendam de Gyuendale alias dictam Skelton in eccl. coll. predicta vacantem, et sibi per excellentissimum in xpo principem et d'nm nostrum d'nm Henricum Dei gra. Regem Angl. illustrem racione temporalium Archiepiscopatus Ebor. vacantis et in manibus suis existentis, donatam et concessam in personam Will'i de Ledes de Ripon', procuratoris sui sufficientem in hac parte potestatem habentis, ac ipsum procuratorem suo nomine admisimus et inuestiuimus realiter de eisdem cum suis iuribus et pertin. vniuersis, vobis mandamus quatinus circa prefatum mag'rum 1406, Nov. 25 Henry IV

Georgium vel procuratorem suum eius nomine vlterius faciatis et exequamini in hac parte quod est vestrum. Dat. Ebor. vicesimo quinto die mensis Nouembr. Anno D'ni Millesimo cccc^{mo} sexto.

1406, Nov. 29. Istud mandatum fuit presentatum Capitulo xxix^{o} die Nouembr. et primo die Decembr. fuit admissus per procuratorem, super qua admissione habuit litteras Capituli in forma.

(226) ADMISSIO MAG'RI THOME POLTON AD PREBENDAM DE STODELEY.

1408-9, Jan. 11. Abp. Bowet. Henricus, permissione diuina Ebor. Archiep'us, Anglie primas, et ap. sed. legatus, dil. in xpo filiis Capitulo eccl. n're Colleg. R., sa. gra. et ben. Quia nos dilecto in xpo filio Mag'ro Thome Polton in vtroque iure Bacållario Canonicatum eccl. n're coll. pred. et Preb. de Stodeley in eadem per resign. Mag'ri Thome Grenewod, procuratoris reuerendi viri Mag'ri Stephani le Scrop, vltimi dictorum Canonicatus et prebende Canonici et prebendarij et legitime constituti in manibus n'ris ex causa permutacionis faciende de eisdem cum Canonicatu et prebenda de Bichell in Knaresburgh in eccl. n'ra Cath. Ebor., quos idem Mag'r Thomas primitus optinuit, in eadem rite factam et per nos autoritate apostolica admissam vacantes, et ad n'ram collacionem spectantes pleno iure in personam Mag'ri Joh'is Wodham procuratoris sui sufficienter et legitime in hac parte constituti, eadem auctoritate contulimus intuitu caritatis, et ipsum Canonicum prebendatum, in eccl. n'ra Colleg. predicta in personam sui procuratoris dicti, et ipsum procuratorem suum in personam sui instituimus et inuestiuimus dicte permutacionis optentu canonice in eisdem cum suis iuribus et pertin. vniuersis. Vobis mandamus quatinus circa prefatum Mag'rum Thomam vel procuratorem suum eius nomine faciatis vlterius, et exequamini in hac parte quod est vestrum. Dat. in castro n'ro de Cawod, vndecimo die mens. Januar. Anno d'ni Mill'mo cccc^{mo} octauo et n're Translacionis anno secundo.

Istud mandatum fuit presentatum Capitulo.

(227) ADMISSIO HUGONIS HANWORTH, CAPELLANI, AD PREBENDAM DE GYUENDALE.

Henricus permissione, *etc.*, *as in No.* 226. Quia nos dilectum in xpo filium Hugonem Hanworth, Capellanum, ad Prebendam de Geuendale alias dictam Skelton in eccl. nostra Colleg. de Ripon predicta vacantem, ad quam per excellentissimum in xpo principem et d'nm nostrum d'nm Henricum, Dei gracia Regem Angl. et Franc. et d'nm Hibernie illustrem nobis extitit presentatus, admisimus, et ipsum Canonicum prebendatum in eccl. nostra Collegiata supradicta per birreti nostri tradicionem inuestiuimus presencialiter de eadem cum suis iuribus et pertin. vniuersis, vobis mandamus, *etc.*, *as in No.* 226. Dat. London. in hospicio n'ro iuxta Westm. xiij^{o} die mens. Februar. Anno D'ni Millesimo cccc^{mo} nono, et n're Transl. tercio. 1409-10, Feb. 13. Abp. Bowet.

62. Ad quos per reuerendissimum in xpo patrem et d'nm n'rm d'nm H. permissione diuina Ebor. Archiep'm Anglie primatem et Ap'ce sedis legatum admissus existis.

Istud mandatum presentatum fuit vicesimo primo die Februarij, et eodem die fuit admissus per procuratorem, super qua admissione habuit litteras Capituli in forma prout sequitur. Feb. 21.

(228).

Ca. eccl. Coll. b. Wilfr. Rip. discreto viro d'no Hugoni Hanworth, Capellano, sa. in sinceris amplexibus Saluatoris. 1409-10. Feb. 24. Ad Canonicatum eccl. n're R. et preb. de G. alias dictam S. in eadem, vacantem et per Excellentissimum in xpo principem et d'nm n'rum d'nm Henricum d. g. Regem Henry IV. Angl. et Franc. et d'nm Hibern. Illustrem tibi collatos, te, de cuius meritis et virtutibus since in d'no fiduciam optinemus in personam Thome Graue, clerici, procuratoris tui, sufficientem in hac parte potestatem habentis, admittimus, te que dicte eccl. n're recepimus in Canonicum et in fratrem, assignantes tibi ac dicto procuratori —[1]

[1] See note on No. 222.

(stallum) in choro et locum in Capitulo dicte prebende pertinentia, dictumque Thomam procuratorem tuum nomine tuo in corporalem (possessionem) ipsius prebende per d'nm Joh'em Rednes Subthesaurarium eccl. n're installari et induci fecimus, cum suis iuribus et pertinenciis (vniuersis. In cuius) rei testimonium sigillum n'rum presentibus est appensum. Dat. Ripon' in domo n'ro Capitulari, vicesimo quarto die me(nsis Februarij) Anno D'ni Millesimo cccc^nio^ nono.

(229) ADMISSIO DOMINI RICARDI PRENTYS, CAPELLANI, AD (PREBENDAM DE MONKTON).

1409–10, Feb. 19. Henricus, *etc.*, *as in No.* 226. Quia nos dilecto in xpo filio domino Ricardo Prentys, presbitero, (Canonicatum) eccl. n're Collegiate Ripon' predicte et Prebendam de Monkton in eadem per mortem domini Hugonis Cotyngham vltimi (Canonici) et Prebendarij eorundem vacantes, et ad nostram collacionem pleno iure spectantes contulimus intuitu caritatis, et ipsum Canonicum Prebendatum eccl. n're Colleg. predicte per birreti n'ri tradicionem inuestimus presencialiter de eisdem, cum suis iuribus et pertin. vniuersis. Vobis mandamus, *etc.*, *as in No.* 226. Dat. London. in hospicio n'ro iuxta Westm. decimo nono die mensis Februarij, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nono, et n're translacioniis tercio.

Mar. 22. Istud mandatum fuit presentatum vicesimo secundo die mensis Marcij Anno Domini supradicto, et eodem die fuit admissus per procuratorem, super qua admissione habuit litteras Capituli in forma prout sequitur.

(230).

Mar. 22. Ca. eccl. coll. b. W. Rip. honorabili viro domino Ricardo Prentys, Capellano, sa. in sinc. ampl. Saluatoris. Ad Canonicatum eccl. n're Rip. et Preb. de Monkton in eadem per mortem domini Hugonis Cotyngham vltimi Canonici et Preb. eorundem vacantes, et tibi per reuerendissimum in xpo patrem et dominum nostrum d'nm
Abp. Bowet. Henricum perm. div. Ebor. Arch. Angl. Pr. et ap. sed.

leg. collatos, te in personam discreti viri domini Joh'is Rednes, Capellani, procuratoris tui sufficientem in hac parte potestatem habentis, ac ipsum procuratorem nomine tuo admittimus, stallum in choro locum in Capitulo dictis Canonicatui et Prebende pertinentes tibi ac dicto procuratori nomine tuo assignamus, ipsumque procuratorem tuo nomine in corporalem possessionem dicte Prebende cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis actualiter induximus, iuribus et libertatibus et consuetudinibus nostris et ecclesie nostre semper saluis. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. Rip. in do. n'ra Capitulari, vicesimo secundo die mensis Marcij, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nono.[1]

(231) (Exchange of a chantry for a parochial vicarage).

Acta habita in domo Capitulari quarto die mensis Augusti Anno Domini Millesimo cccc^{mo} decimo, coram Mag'ro Will'mo Cawod, Canonico residenciario eiusdem ecclesie, et d'no Joh'e de Deen, prebendario prebende de Staynwygges capitulariter congregatis ac Capitulum facientibus, dominus Joh'es Fulford, Capellanus cantarie ad altare S'ci Andree in eccl. predicta,[2] et d'ns Rob'tus Lytster alias dictus de Asmonderby, vicarius de Aluethle,[3] Londinensis dioc., comparuerunt coram Canonicis supradictis, asserentes se velle sua beneficia permutare, exhibita per partem d'ni Joh'is de Fulford commissione d'ni Londoniensis Ep'i, veri patroni vicarie antedicte, oblataque presentacione Thome de Merkyngfeld, patroni Cantarie, predictus per Robertum predictum ac deinde negocio permutacionis legitime examinato et expedito, prestitoque iuramento corporali per dictum dominum Robertum de seruiendo Cantarie predicte secundum vim, formam, et effectum ordinacionis eiusdem Cantarie, presentibus Canonicis supradictis, d'no Joh. Rednes, et alijs, Acta Capituli emanarunt in forma que sequitur.

1410, Aug. 4.

Bp. Clifford

[1] For a later induction of R.P. to the same prebend, see Nos. 240, 241.

[2] Admitted 1398–9; see Nos. 266, 267, 268.

[3] Alveley or Aveley, in Essex.

62 v. (232) (Concerning the same business).

1410, Aug. 2. Chapter to John de Fulford.

Ca. eccl. Coll. b. Petri Ripon' dil. nobis in xpo d'no Joh'i de Fulford, sa. in auctore salutis. Litteras reuerendi in xpo patris et d'ni, d'ni Ric'i Dei gra. Londoniensis Ep'i pro te nuper recepimus in hec verba.

1410, May 30. Letter from the Bishop of London (Clifford).

Ricardus, perm. div. Londonien. Ep'us, venerabilibus viris Capitulo eccl. coll. b. Petri de Ripon, sa. in omnium Saluatore. Cum dilecti nobis in xpo. d'ns Rob'tus Lytster alias de Asmonderby, perpetuus (vicarius) ecclesie parochialis de Aluethle nostrarum collacionis et dioc., et Joh'es de Fulford, Capellanus Cantarie perpetue S'ci (Andree Aposto)li in dicta eccl. coll. intendant vt asserunt dicta sua beneficia ex certis causis veris et legitimis ipsos ad (hoc moue)ntibus, dumtamen eorum quorum interest consensus et auctoritas interueniant in hac parte, inuicem canonice permutare ; (nos ver)o alijs arduis prepediti negocijs quominus expedicioni permutacionis huiusmodi ad presens intendere valeamus, (audie)nd., examinand., et plenarie discuciend. causas et negocium permutacionis predicte, ipsisque causis veris et (legitimis) inuentis approband. easdem, dictamque permutacionem auctorizand., necnon, recepta resignacione d'ci d'ni Rob'ti ex (causa) permutacionis predicte de vicaria sua predicta, eandem sic vacantem et ad n'ram collacionem pleno iure spectantem, prefato (d'no) Joh'i de Fulford per modum et ex causa permutacionis huiusmodi in forma iuris conferende, ipsumque d'nm Joh'em vicarium (perpet)uum de corporaliter inibi residendo iuxta formam Constitucionum d'nor. Othonis et Ottoboni, quondam sedis Apostolice in (An)glia legatorum in hac parte editarum iuratum, instituendum canonice in eadem, cum suis juribus, oneribus, et pertinencijs vniuersis, ceteraque omnia et singula facienda exercenda et expedienda que in dicto permutacionis negocio necessaria fuerint, seu eciam oportuna. Induccione tamen prefati d'ni Joh'is in corporalem possessionem dicte vicarie et ipsius obediencia canonica nobis specialiter reseruatis, vobis tenore presencium com-

Induction and canonical obedience reserved to the bishop of London.

mittimus vices n'ras, rogantes quatinus nos de toto processu coram vobis in hac parte habendo dicte permutacionis expedito negocio reddere velitis cerciores literis vestris patentibus habentibus hunc tenorem. Dat. sub sig. n'ro in manerio n'ro de Fulham, penultimo die mensis Maij, Anno D'ni Millesimo cccc^mo decimo, et nostre translacionis anno tercio. Quarum auctoritate litterarum (atque nostra)[1] causis permutacionis huiusmodi per nos auditis, examinatis, et plenarie discussis, ipsisque veris et legitimis inuentis et propterea per nos approbatis, tibi, de cuius meritis et virtutibus sinceram in Domino fiduciam optinemus, predictam vicariam de Aluethle collacionis et dioc. predicti d'ni Londoniensis Ep'i per resignacionem dicti d'ni Rob'ti Lytster alias de Asmonderby coram nobis ex causa permutacionis huiusmodi per libri tradicionem instituimus canonice in eadem cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis, reseruatis dicto reuerendo patri omnibus et singulis que in Commissione sua superius reseruantur. Dat. in domo n'ra Capitulari, secundo die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo quadringentesimo decimo.

The Chapter of Ripon, on behalf of the bishop of London, institute to Alveley.

(233) CERTIFICATORIUM SUPER PERMUTACIONE CANTARIE S'CI ANDREE CUM VICARIA DE ALUETHELE.

Reuerendo in xpo patri et d'no domino Ric'o d. g. Londoniensi Ep'o, Ca. eccl. b. Petri Ripon' reuerencias et honores debitos tanto patri, litteras Commissionis vestre nuper recepimus in hec verba. 1410, Aug. 4.

Ricardus, *etc.*, *as in No.* 232. 1410, May 30.

63. Nos autem, in huiusmodi permutacionis negocio tam auctoritate vestra nobis commissa quam nostra legitime procedentes, auditis, examinatis, et plenarie discussis causis permutacionis predicte, ipsisque veris et legitimis inuentis, et propterea per nos approbatis, prefato d'no Joh'i de Fulford dictam vicariam de Aluethle, vestrarum collacionis et dioc., quam predictus

[1] Inserted here but *prima manu* afterwards.

Rob'tus Lytster alias de Asmonderby primitus optinuit per resignacionem dicti d'ni Roberti coram nobis ex causa permutacionis faciende cum Cantaria perpetua S'ci Andree Ap'li in eccl. Coll. predicta, n're Jurisdiccionis, quam idem d'ns Joh'es de Fulford primitus optinuit factam et per nos admissam vacantem, vice vestra contulimus, et ipsum Joh'em per modum et ex causa permutacionis huiusmodi per libri tradicionem instituimus canonice in eadem, cum suis iuribus et pert. vniuersis. Induccione dicti d'ni Joh'is in corporalem possessionem dicte vicarie de Aluethle ac ipsius obediencie canonice recepcione vobis specialiter reseruatis. Paternitatem vestram reuerendam diu conseruet in prosperis clemencia Saluatoris. Dat. in domo n'ra Capitulari, quarto die mensis Augusti, Anno D'ni M° cccc^mo^ decimo.

(234) ADMISSIO D'NI ROB'TI ASMONDERBY AD CANTARIAM S'CI ANDREE APOSTOLI.

1410, Aug. 2. Ca. eccl. Coll. be. Wilfr. Rip. dil. nobis in xpo d'no R. L. alias de A., sa. in auctore salutis. Litteras reu. in xpo pa. et d'ni R. Lond. Ep'i pro te nuper recepimus in hec verba.

1410, May 30. Bp. Clifford. Ric'us perm. diu. Lond. Ep. ven. viris Ca. eccl. Coll. b. Petri de R., sa. in omnium Saluatore, etc., vt supra. Quarum auctoritate litterarum atque n'ra, causis permutacionis per nos auditis, examinatis, et plenarie discussis, ipsisque veris et legitimis inuentis et propterea per nos approbatis, sibi, de cuius meritis et virtutibus sinceram in d'no fiduciam optinemus, predictam Cantariam ad Altare S'ci Andree n're Jurisdiccionis, ad quam per Thomam de Merkyngfeld, verum patronum eiusdem nobis ex causa permutacionis facte cum vicaria de Aluethle quam tu primitus optinuisti factam et per nos admissam vacantem, admittimus, et te per modum et ex causa permutacionis huiusmodi per libri tradicionem instituimus canonice de eadem cum suis iuribus et pert. vniuersis, et te in corporalem possessionem dicte Cantarie

induci fecimus, prestitoque per te iuramento corporali, tactis sacrosanctis Dei Euangeliis, ad deseruiend. d'ce Cantarie secundum vim, formam, et effectum ordinacionis eiusdem. Dat. in do. n'ra Capitulari secundo die mens. Aug. Anno D'ni Millesimo cccc^mo^ decimo.

(235) (Nomination to a Chantry).

Venerabili ca. eccl. Coll. Ripon', vester humilis et deuotus Rob'tus de Plompton, miles, omnimodas reuerencias et honores. Ad perp. cantariam ad altare S'ce Trinitatis in honore eiusdem in dicta eccl. Coll. fundatam, per mortem d'ni Will'mi de Berforth vltimi capellani eiusdem vacantem et ad presentacionem meam spectantem, dilectum michi in xpo d'nm Will'm Manchestr' capellanum, Cestrensis et Lichefeldensis dioc. vobis tenore presencium presento, vos humiliter et deuote rogando quatinus eundem d'nm Will'm Manchestr' ad dictam Cantariam admittere, ipsumque in corporalem possessionem eiusdem cum suis iuribus et pert. vniu. instituere, ac vlterius exequi quod vobis incumbit in hac parte dignemini intuitu caritatis. In cuius rei test. sig. m. presentibus apposui. Dat. Ebor. xxiiij° die mens. Dec. Anno D'ni Mill'mo cccc^mo^ decimo. 1410, Dec. 24.

(236) ADMISSIO WILL'I LESCROP AD PREBENDAM DE NUNWYK.

Henricus, permissione diuina Eboracen. Archiep'us Angl. Primas et appl'ice sedis legatus, dilectis in xpo filiis Capitulo eccl'ie n're Colleg. Ripon', salutem, gr'am et benediccionem. Quia nos, etc., cum hac clausula in fine, faciatis vlterius et exequamini in hac parte in omnibus quod est vestrum. Dat., etc. (*So entered in MS.*) Abp. Bowet.

Istud mandatum fuit presentatum Capitulo primo die mensis Aprilis Anno D'ni Mill'imo quadringentesimo vndecimo. Et eodem die fuit admissus per procuratorem, super qua admissione habuit literas Capituli in forma prout sequitur. 1411, Apr. 1.

(237).

1411, Apr. 1. Capitulum . . . honorabili viro Will'mo Lescrop, Clerico . . . ad Canonicatum eccl. n. Rip. et ad preb. de Nunwyk . . . p. m. Mag'ri Ade de Fenrother . . . vacantes . . . te in personam Thome Clyff, Clerici, procuratoris tui . . . admittimus, tibique; *etc.*, *all else as in No.* 230. Ripon, 1 Apr., 1411.

63 v. (238) ADMISSIO CARDINALIS AD PREBENDAM DE MONKTON.

1411, ? Aug. 5. Abp. Bowet. Admissio d'ni Francisci presbiteri Cardinalis tituli iiij^or^ coronatorum ad Prebendam de Monkton per collacionem reuerendissimi in xpo patris d'ni Henrici Eboracen. Archiep'i, et habuit litteras Capituli super admissione sua de Dat. quinto die mensis Augusti,[1] litteris d'ni Archiep'i super collacione facta et procuratorio sub manu puplica penes Capitulum remanentibus.

(239) (Admission of John Bromesgraue to the prebend of Sharow).

1411, ? Aug. 10. Admissio d'ni Johannis Bromesgraue ad Prebendam de Scharrowe per collacionem d'ni Archiepiscopi, et habuit litteras Capituli super admissione sua de Dat. tercio decimo die mensis Augusti,[1] litteris, *etc.*, *as in No.* 238.

(240) ADMISSIO D'NI RIC'I PRENTYS AD PREBENDAM DE MONKTON.

1412, July 30. Henricus, *etc.*, *as in No.* 236. Quia nos, *etc.*, cum hac clausula in fine, faciatis, *etc.*, *as in No.* 236.

Istud mandatum . . . penultimo die mensis Julij Anno D'ni Mill'mo cccc^mo^ duodecimo et eodem die, *etc.*, *as in No.* 236.

---

[1] No year named.

(241) (Certificate of Induction).

Ca. eccl. coll. b'i Wilfr. Ripon' discreto viro d'no Ric'o Prentys, sa. in sinc. amplex. Saluatoris. Ad Canonicatum eccl. n. Rip. et preb. de M. in eadem vacantes, et tibi per reuerendissimum in xpo patrem et d'nm n'rm d'nm Henricum, perm. diuina Ebor. Archiep'm, Angl. primatem et apostolice sedis legatum sua auctoritate collatos, te, de cuius meritis et virtutibus sinceram in d'no fiduciam optinemus, in personam d'ni Joh'is Ely vicarij eccl. Coll. predicte, procuratoris tui sufficientem in hac parte potestatem habentis, admittimus, teque dicte eccl. n're recepimus in Canonicum et in fratrem, assignantes tibi ac dicto procuratori tuo nomine stallum in choro et locum in capitulo dicte prebende pertinentia, dictumque d'nm Joh'em Ely procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem ipsius prebende per d'nm Rob. Kendall Capellanum installari et induci fecimus, cum s. iuribus et pert. vniuersis. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. Ripon' in do. n'ra Ca. penultimo die mensis Julij Anno D'ni Mill'mo cccc^mo duodecimo.[1]

1412, July 30. *Prentys.* Abp. Bowet.

(242) ADMISSIO MAG'RI JOHANNIS SOULBY AD PREBENDAM DE SCHARROWE.

Henricus, *etc.*, *as in No.* 236. Quia nos, *etc.*, cum hac, *etc.*, *as in No.* 236.

1413-14. Mar. 14.

Istud mandatum . . . xiiij^o die mensis Marcij Anno d'ni Mill'imo cccc^mo xiij^o et eodem die, *etc.*, *as in No.* 236.

(243) (Certificate of Induction).

Ca. eccl. Coll. b. Wilfr. Rip. discreto viro Mag'ro Joh'i Soulby in decretis Bacallario, sa. in sinceris amplexibus Saluatoris. Ad Canonicatum eccl. n're Rip. et pr. de Scharrowe in eadem per liberam resignacionem

1413-14. Mar. 14.

[1] The Archbishop had issued a mandate for the induction of R. P., dated Feb. 19, 1409-10; this mandate was presented and induction took place, Mar. 22. See Nos. 229, 230. Perhaps Prentys resigned in favour of the Cardinal, p. 162, and was reinstated.

d'ni Joh'is Brommesgraue vltimi Canonici et prebendarij eorundem per modum et ex causa permutacionis facte cum canonicatu in eccl. Coll. B. M. Suthwell et pr. de Northleuerton in eadem, quos tu primitus optinuisti, vacantes, et tibi per reuerendissimum in xpo patrem et d'nm n'rm d'nm Henr. perm. diuina Ebor. Archiep'm, Angl. primatem et ap'lice sedis legatum ex causa huiusmodi permutacionis faciende collatos, te admittimus, tibique stallum in choro et locum in capitulo assignamus, et te in corporalem possessionem dicte prebende cum s. jur. et pert. vniuersis per d'nm Joh'em Redenes Subthesaurarium eccl. n're pred. actualiter induci fecimus, juribus, libertatibus, et consuetudinibus nostris et eccl. n're predicte ac iure alterius cuiuscumque in omnibus semper saluis. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. Ripon' in do. n. ca. xiiij^{o} die Marc. Anno D'ni M^{o} cccc^{mo} xiij^{o}.

64. (244) TESTAMENTUM MAG'RI ADE FENROTHER.

1410–11. Mar. 8. In Dei nomine, Amen. Octauo die mensis Marcij Anno D'ni Mill'imo cccc^{mo} decimo, Magister Adam Fenrother canonicus et prebendarius altaris S'ci Michaelis in eccl. Coll. b. Joh'is Beuerlaci condidit testamentum suum nuncupatiuum siue vltimam voluntatem suam in hunc modum. In primis comendauit animam suam Deo Omnipotenti, Beate Marie Virgini, et omnibus sanctis, et corpus suum ecclesiastice sepulture. Item legauit Waltero coco suo vnam vaccam. Et Thome Bedlyngton vnam vaccam, et Will'mo Clime[1] vnum equum. Residuum vero omnium bonorum suorum, deductis funeralibus expensis, et debitis suis plenarie solutis, dedit et legauit Rob'to Whitton et Will'mo Hydwyn, quos constituit executores presentis testamenti nuncupatiui siue vltime sue voluntatis. Hijs testibus, d'no Will'mo Lund, capellano, Will'mo Grene, et Steph'o Wylton. Dat. Beuerlac. die et anno supradictis.

[1] Or Cluue, or Clune ?

(245) APPROBACIO TESTAMENTI PREDICTI.

In Dei nomine, Amen. Vniuersis s'ce matris eccl'ie filijs pateat per presentes quod nos Capitulum eccl. Coll. Ripon', presens testamentum coram causarum auditore eccl. collegiate Beuerlaci rite et legitime probatum vicesimo die mensis Marcij in domo nostra capitulari Ripon' approbauimus, et Will'mo Hidwyn, executori in dicto testamento nominato, administracionem omnium bonorum dicti defuncti infra iurisdiccionem n'ram existencium in forma constitucionis super hoc edite concedentes. Salua nobis potestate Roberto Whitton executori in dicto testamento nominato administracionem comittendi cum eam admittere voluerit. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. in do. n'ra Ca. vicesimo die mens. Marcij Anno D'ni Mill'io cccc^{mo} decimo. 1410–11, Mar. 20.

(246) PROTESTACIO MAG'RI JOH'IS SOULBY DE RESIDENDO.

Memorandum quod Magister Joh'es Soulby, Canonicus eccl. Coll. Ripon', Pr. preb. de Scharrowe in eadem, venit in domum Capitularem in festo Annunc. B. M. coram reuerendis viris Mag'ro Will'mo Cawod et d'no Joh'e de Deen, dicte eccl'ie Canonicis, ad tunc ibidem capitulariter congregatis et Capitulum facientibus, et protestabatur se velle suam residenciam incipere ad laudem et honorem Dei et ecclesie, videlicet in festo Natiuitatis S'ci Joh'is Bapt. vel in octabis eiusdem festi, qua protestacione per capitulum admissa iniunctum fuit sibi per capitulum quod in die prenominato veniret ad capitulum in habitu chori ad preciosa,[1] et suam extunc inciperet et continuaret residenciam prout est de more, vsu, et obseruancia et de statutis eccl'ie ordinatum. Acta sunt hec die et loco supradictis Anno D'ni Mill'imo quadringentesimo quartodecimo incipiente, presentibus d'no Joh'e Redenes Subthezaurario eccl'ie et Joh'e Screuen, cum alijs. 1414, incipiente, Mar. 25.

---

[1] An office so called, said after Prime in the Chapter House. See *Ripon Chapter Acts*, 287 *n*.

(247) (Presentation to the Vicarage of the Canonry and Prebend of Givendale).

1413, Dec. 9. Venerabilibus . . . Hugo de Hanworth, Can. et Pr. prebende de Geuendale . . ad vicariam . . per mortem d'ni Thome de Kendale capellani vlt. vic. eiusdem vacantem . . Ricardum de Keld Cap. Ebor. dioc., v'ro collegio. reuerendo presento . . Dat. Lincoln' nono die mensis Decembr. Anno D'ni Mill'imo cccc^{mo} Terciodecimo. *As in No.* 191.

(248) (Chapter certify to Induction).

Vniuersis, *etc.*, *as in No.* 2. Ripon, 16 Dec., 1413.

64 v. (249) COPIA TESTAMENTI D'NI RIC'I DE ASMUNDERBY, QUONDAM CAPELLANI CANTARIE S'CI JOH'IS BAPTISTE.

1399-1400. Jan. 9. In Dei nomine, Amen. Nono die Januarij Anno D'ni Mill'io ccc^{mo} Nonogesimo nono, Ego Ric'us de Asmonderby, capellanus, sane et bone memorie, condo testamentum meum in hunc modum. In primis, commendo animam meam Deo Omnipotenti, beate Marie, et omnibus sanctis, corpusque meum ad sepeliend. in eccl. Collegiata de Rypon'. It' lego pro mortuario meo, j bouem. It' lego in vigilijs meis, vijd. It' lego in cera ardenda circa corpus meum, vj lib. It' lego fabrice eccl'ie, vjs viijd. It' lego lumini ex transverso chori, xijd. It' lego vj vicarijs, cuilibet vjd. It' lego vj diaconibus et subdiac. cuilibet iiijd. It' lego vj choristis et vj turibularijs, cuilibet ijd. It' do et lego cuilibet capellano cantariam habenti, vjd. It' lego cuilibet capellano infra villam de Rypon' celebranti, iiijd., et residuum omnium bonorum meorum do et lego ordinacioni Joh'is de Kelynghall, capellani, et Matilde de Fenkoytes, quos constituo executores meos, vt ipsi ordinent pro anima mea prout eis melius viderint expedire. (Probatum est per Cap^{m}).[1]

[1] In a later hand.

(250) COPIA TESTAMENTI D'NI RIC'I DE WAKEFELD, QUONDAM VICARIJ PREBENDE DE THORP.

In Dei nomine, Amen. Die Mercurij in crastino Annunciacionis beate Marie Virginis, Anno D'ni Mill'io cccmo Nonogesimo nono, Ego Ric'us de Wakefeld, vicarius in eccl. Coll. Rypon, condo testamentum meum in hunc modum. In primis, lego animam meam Deo Omnipotenti, et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio beati Petri in Rypon'. It' lego vnam togam optimam pro mortuario meo. It' lego v lib. cere ardend. circa corpus meum nocte et die sepulture mee. It' lego d'no Joh'i de Klynt, d'no Joh'i Bondegate, d'no Joh'i Ely, et d'no Rob'to Merrot, cuilibet eorum vnum cocliare argent. It' lego vj diaconis, ijs. It' lego vj turibularijs et vj choristis, ijs. It' lego altari S'ci Joh'is Baptiste, videlicet altari meo parochiali, vnum Burdeclathe. It' lego Mag'ro Will'o de Cawod vnam arcam de Flandyrs. It' lego Joh'i Ely vnam ollam enniam maximam. It' lego d'no Ric'o Schedwell vnum portiferium maius et vnum coopertorium lecti viridis coloris, et duo linthiamina optima et duas lodices et j materas et j cistam. It' lego Joh'i Whytbrede, seruo meo, vnum psalterium et vnam togam sine furura. Residuum vero omn. bonor. meor. do et lego d'no Joh'i Ely et d'no Ric'o Schedwell, capellanis, quos quidem Joh'em et Ric'm facio et ordino executores meos vt disponent pro anima mea prout eis melius viderint expedire. In c. r. t. h. pr. test. sig. m. apposui. Dat. apud Ripon, die et anno supradictis. (Probatum est per Capm).[1] 1399, Mar. 26.

(251) COPIA TESTAMENTI D'NI JOH'IS DE WALKYNGHAM, QUONDAM CAPELLANI CANTARIE ALTARIS S'CE TRINITATIS.

In Dei nomine, Amen. In die S'ci Joh'is Ap'li et Euangeliste in Natale D'ni Mill'io cccmo Nonogesimo nono, Ego Joh'es de Walkyngham, capellanus, sane et bone 1399, Dec. 27.

[1] In a later hand.

memorie, condo testamentum meum in hunc modum. In primis do et lego animam meam Deo Omnipotenti, beate Marie Virgine (*sic*) et omnibus sanctis, corpusque meum ad sepeliendum in eccl. Coll. Ripon' coram altare S'ce Trinitatis. Item do et lego unam ollam enneam continens viij lagenas pro mortuario meo. It' do et lego in cera comburenda circa corpus meum in die sepulture mee, sex lib. cere, et volo quod inde fiant nisi due ceree. It' do et lego pauperibus languentibus et in lectis iacentibus infra villam de Ripon', xiijs. iiijd. It' lego vj vicarijs cuilibet j cocliare et xijd., et d'no Rob'to Merrot ij cocliaria et xijd. et j murenam.[1] It' lego cuilibet diacono et subdiacono, vjd. cuilibet turibulario et cuilibet choriste, ijd. per equales porciones. It' do et lego cuilibet capellano cantuar. habentibus (*sic*) in ecclesia predicta, xijd. It' lego Mag'ro scolarum gramaticalium, xijd. It' lego summo altari vjs. viijd. It' lego fabrice eccl. predicte j gawelok et j mallium ferrium. It' lego d'no Joh'i de Dene vnam peciam argent. cum coopertoreo arg. It' lego Isabelle de Grene lectum plumalem, j bordclothe cont. xvj vlnas, duo towall insimul conexa, et j ollam enneam optimam preter vnam. It' Elienore filie Will'i de Grene j togam, vnam tunicam cum capucio de Skarlet. It' lego Margarete filie Will'i de Grene j coopertorium cum tapeto. It. lego d'no Roberto de Durem j murenam. It' d'no Rob'to Batty vnum coopertorium cum tapete et j cistam quarcinam ligatam cum ferro. It' lego Matild' Batty vnam viridem togam. It' lego d'no Joh'i de Kelynghall vnam murenam, j mortarium ennium cum duobus pestellis (65) ferreis et omnia vasa mea pelter.[2] It' lego xpiane consanguinee mee michi seruienti j coopertorium, ij blankets et omnia linthiamina mea non legata, vnam togam optimam cum capucio rubro de Skarlett, j arcam, j peluim cum lauatorio, et omnia vtensilia coquine et aule non legata, et omnia towall et bordeclathes non legata. Item lego Agneti

Nota de olla nea viij^{to} lagenarum data pro mortuario, contra 'icta camerarij, qui dicit nelius indumentum esse dandum et non alius (sic) *preter animal si habeatur.*

[1] For *murrhinam*, a mazer, or maple drinking-cup.

[2] Pewter, Ital. *peltro*.

matri predicte xpiane j togam de blodio furratam cum Gray, et j colobium de Skarlett. Item lego Ric'o de Kelynghall ij cocliaria argentea. Residuum vero omn. bonorum meorum do et lego ordinacioni d'norum Joh'is de Dene et Joh'is de Kelynghall, quos constituo executores meos vt ipsi ordinent pro anima mea prout eis melius viderint expedire, *etc.* (Probatum est per Cap^m^).[1]

(252) COPIA TESTAMENTI JOH'IS DE RYCHEMOND DE STAYNBRIGGATE.

In Dei nomine, Amen. Die mensis prox. post festum Natiuitatis beate Marie Virginis Anno D'ni Mill'io ccc^mo^ nonogesimo nono, Ego Joh'es de Richemund, bone et sane memorie, condo testamentum in hunc modum. In primis, lego animam meam Deo Omnipotenti, et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio beati Wilfridi in Rypon'. It' lego pro celebracione Trentallarum pro anima mea per capellanos ydoneos, x li. It' lego eccl'ie de Bernyngham, xls. It' lego summo altari eccl. de Bernyngham, meum optimum vestimentum. It' lego ad picturam ymaginis S'ci Michaelis, xxs. It' lego Joh'i de Euesby de Richemund, xxs. It' lego Margarete sorori mee meam optimam peciam argenti cum coopertorio. It' lego sex Capellanis secularibus diuina celebraturis pro anima mea et pro animabus quibus orare teneor et pro animabus de quibus aliquid iniuste habui per vnum annum, xxiij li. Item volo quod predicti capellani provideantur et ordinentur per d'nm Simonem de Carlele et Joh'em fratrem eius et executores meos. It' do Lonwathe[2] clausum meum rectis heredibus Thome Applegarthe. It' do Thome Whytelambe vnum messuagium in Richemond quod recuperam versus eum, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis quinque solidos ad festa Martini et Pentecostes equis porcionibus. Et si Nicholaus Tauernere poterit monstrare vnam cartam talliatam de mesuagijs infra Marketstede de

1399. Sept. 9.

---

[1] In a later hand. [2] Or Louwathe ?

Richemund pro quibus lis mota fuit inter Joh'em Tauernere, patrem predicti Nicholai, et me, volo quod habeat sibi et heredibus suis. Item lego Henrico de Pudesay xxs. It' condono[1] pauperibus et debilibus tenentibus meis de Richemund totam firmam michi debitam de nouo et de antiquo secundum discreccionem executorum meorum. It' condono[1] nouo[2] Philippho tenenti meo de Exilby totam firmam suam. It' lego predicto Philippo meam equam Greciam.[3] It' lego in distrebucionem pauperum iacencium et infirmorum infra parochiam de Bernyngham, xls. secundum discreccionem executorum meorum. It' lego in distribucionem pauperum iacencium et maxime iacencium egencium infra parochiam de Richemond., xls. Item lego in distribucionem pauperum et maxime egencium infra parochiam de Ripon', xls. It' lego Joh'i Gray de Bernyngham, xls. It' lego pauperibus monialibus de Arthyngton, xls. It' volo quod Alicia vxor mea feofetur per feoffatos, videlicet per Mag'rum Will'm de Clynt, Joh'em de Ingelby, d'nm Simonem de Carlele, et Joh'em Pygot fratrem d'ni Radulphi Pygot, militis, ad terminum vite sue in certis terris et tenementis meis prout in quibusdam indenturis inde confectis plenius continetur, inter me et predictos feoffatos inde confectis. Residuum vero omnium bonorum meorum superius non legatorum, do et lego Alicie vxori mee, et predictam Aliciam, Joh'em de Ingelby, Joh'em Pygott, constituo executores meos, ita quod ipsi, Deum pre oculis habentes, disponent pro anima mea suo modo meliori. (Probatum est per Cap^{m}).[4]

65 v. (253) COPIA AUGMENTACIONIS CANTARIE BEATE MARIE VIRGINIS IN CAPELLA.

1369, March 29. Sciant presentes et futuri quod ego Dauid de Wollore, Clericus, ded. conc. et h. p. c. m. conf. Ade de Bondegate, perpetuo Capellano altaris be. Marie virginis in eccl. colleg. Ripon', duo mesuagia cum suis pertin.

[1] MS. has "condo." [2] Sense not clear. [3] *Griseam*. grey.
[4] In a later hand.

iacentia in Ripon' in diuersis locis, quorum vnum iacet in le Horsfayre inter mesuagium Elizabeth de Snayth ex parte vna et mesuagium Joh'is Pakhardy ex parte altera, et aliud mes. iacet in Kyrkegate inter mes. quondam Joh'is Frankish ex parte vna et mes. quondam Joh'is Gylyot ex parte altera, tenend. et habend. predicta duo mesuagia cum suis pertin. predicto Ade et successoribus suis Capellanis cantarie predicti altaris diuina celebraturi singulis diebus ibidem in augmentacionem sustentacionis sue, libere, quiete, integre, bene, et in pace et imperpetuum, de capitalibus d'nis feod. illorum, per seruicia inde debita et de iure cônsueta. Ita semper quod Capellanus cantarie predicte qui pro tempore fuerit, matutinis, vesperis, et alijs horis canonicis in Choro dicte ecclesie continue intersit. Et ego vero predictus Dauid et heredes mei predicta duo mesuagia cum suis pertin. prefato Ade et successoribus suis Capellanis diuina celebraturis singulis diebus ad altare predictum in forma predicta contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In c. r. t. h. p. c. sig. m. apposui. H. t. Rogero de Hewyk, Simone Warede, Cristofero Mayllore, militibus, Joh'e de Schirwod, Rob'to de Brounhous, Joh'e de Topclyff, Joh'e de Tanfeld, et multis alijs. Dat. apud Rypon xxix die mensis Marcij Anno regni regis Edwardi tercii post Conquestum xliij°.

(254) (Monition to Chaplains as to attendance in processions).

In Dei nomine, Amen. Nos, Adam de Fenrother, Canonicus residenciarius eccl. coll. Ripon', vice et auctoritate Capituli, monemus te Joh'em Greve, Ric'm Tankard, Alexandrum Hakforth, Nich'm Mydylton, Joh'em Caldray, Will'm Marshall, Joh'em Forster, Ric'm Felton, Joh'em Westwyk, Joh'em de Skelton, Will'm Lelum, et Ric'm Wakefeld, Capellanos in supradicta eccl. n'ra Ripon' diuina celebrantes, quatinus in processionibus et in magna missa et in diebus Dominicis et festis duplicibus in dicta eccl. nostra faciendis in habitu secundum gradum 1410, Dec.

vestrum congruenti secundum vim, formam, et effectum ordinacionis auctoritate ordinaria legitime inde facte et promulgate, vestram personalem presenciam in processionibus et missis huiusmodi exhibendo et incipiendo in die Dominica videlicet in festo S'ci Thome app'li prox. futuro, sub pena suspencionis a celebracione diuinorum quam in personas vestras et vestrarum singulas culpa et inobediencia vestra precedentibus intendimus fulminare, prout dictant legitime et canonice sanctiosiones.[1] Acta et facta erat hec monicio in domo capitulari Ripon' in die Jouis prox. post festum Concepcionis be. Marie, Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} decimo, presentibus d'nis Joh'e de Dene, Canonico, Joh'e Rednes, et alijs.

(255) COPIA TESTAMENTI D'NI HUGONIS COTYNGHAM, CANONICI.

1409-10, Feb. 16. In Dei nomine, Amen. Die Lune, sextodecimo die Februarij, Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} nono, et anno regni regis Henrici quarti post conquestum Anglie vndecimo, Ego Hugo Cotyngham, clericus, Canonicus eccl. Cath. S'ci Pauli London. in bona mea memoria existens, licet eger corporis, cogitans de extremis meis, condo, facio, et ordino presens testamentum meum vltime voluntatis mee in hunc modum. In primis, lego et commendo animam meam Deo omnipotenti creatori meo, beateque Marie Virgini et omnibus sanctis eius, et corpus meum ad sepeliendum infra limites ecclesie S'ci Pauli predicte, vbi placuerit decano et capitulo eiusdem ecclesie disponere et ordinare. Item lego eisdem dec. et Cap. ad opus et vsum eccl. predicte, Cs. It' lego eccl. parochiali de Causton, xls. It' lego Isabelle sorori mee, xls. It' lego Joh'i Jolyff et Alicie vxori eius, xls. It' lego d'no Joh'i Stowe, capellano, superpelliceum meum. Residuum vero omnium et singulorum bonorum meorum, debitorum, et catallorum quorumcumque, ubicumque, et in quorumcumque manibus existencium post debita mea soluta,

[1] So in MS. for "sanctiones."

huius testamenti mei complecionem, et post humacionem meam factam, do et lego executoribus meis subscriptis ad distribuend. in operibus caritatis, vt in missis celebrandis, distribucione pauperum, et alijs pijs vsubus, secundum discrecionem eorundem executorum meorum et prout eis melius videbit expedire, Deo placere, ac saluti anime mee magis proficere. Huius autem testamenti mei facio et constituo executores meos, videlicet d'nm Henricum Jolypas, capellanum, Camerarium eccl. S'ci Pauli predicte, d'nm Will'm Wryght, Rectorem eccl. Sancti Michaelis ad ripam Regine London', d'nm Joh'em Mede, et pred'm d'nm Joh'em Stow, Capellanos. It' lego cuilibet dictorum executorum meorum vt subeat onus execucionis huius testamenti mei, xxs., dictorumque executorum meorum facio et constituo superuisorem venerabilem virum d'nm Thomam More, decanum eccl. S'ci Pauli predicte. In c. r. t. h. t. m. sig. m. apposui. Dat. London', die et anno predictis.

St. Michael's Queenhithe.

(256) (Probate).

1409-10, Feb. 23. Abp. Arundel.

Nouerint vniuersi per presentes quod nos Thomas, permissione diuina Cantuar. Archiep'us, tocius Anglie Primas, et apostolice sedis legatus, notum facimus vniuersis quod vicesimo tercio die mensis Februarij Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} nono in eccl. Cath. S'ci Pauli London' probatum fuit coram nobis testamentum Hugonis Cotyngham, Clerici, Canonici eccl. Cath. S'ci Pauli antedicte, nuper defuncti, presentibus annexum, idemque testamentum pro et ex eo quod idem defunctus dum vixit et tempore mortis eiusdem nonnulla bona notabilia in diuersis diocesibus nostre Cantuariensis prouincie optinuit de prerogatiua eccl'ie n're Cant., probatum fuit, approbatum, et legitime pronunciatum pro eodem, administracioque omnium bonorum dictum testamentum et ipsius defuncti vltimam voluntatem concernencium, dilecto in xpo filio d'no Joh'i Stowe, capellano, executori in eodem testamento nominato de fideli Inuentario omn. bonorum huiusmodi conficiendo, ac ea bene et fideliter

administrando, nobisque de et super administracione sua in bonis ipsis fidelem compotum citra festum Pasch. prox. futurum reddendo ad sancta Dei euangelia iurato commissa extitit et per eundem admissa in debita forma iuris, reseruata nobis potestate committendi administracionem bonorum huiusmodi alijs executoribus in dicto testamento nominatis cum eam venerint legitime admissuri. Dat. die loco mense et anno D'ni supradictis et nostre translacionis anno quartodecimo. Et subsequenter, viz. xv[to] die mensis Nouembris Anno D'ni Mill'mo
1410, Nov 15. cccc[mo] decimo in interiori claustro fratrum ordinis predicatorum, London', administracio omnium bonorum dicti defuncti dilectis in xpo filijs d'nis Henrico Jolypase, capellano, ac camerario eccl. S'ci Pauli predicte, et Will'mo Wryght, Rectori eccl. S'ci Michaelis ad ripam Regine London', executoribus in eodem testamento nominatis in forma superius specificata extitit commissa et per eosdem admissa. Dat. eciam die, loco, mense,
Nov. 8. et anno D'ni prox. supradictis, et nostre Translacionis predicte anno quintodecimo.

66. (257) (Nomination to vicarage of prebend of Sharow).

1399-1400, Mar. 20. Reuerendis et discretis viris Capitulo eccl. Coll. Ripon', Johannes de Hermesthorp, Canonicus et prebendarius prebende de Sharrowe in eadem, omnimodam reuerenciam debitam cum honore. Ad vicariam dicte prebende vacantem et ad meam presentacionem spectantem, dilectum michi in xpo d'nm Rob'tum Merot, Capellanum, vobis presento intuitu caritatis, rogans quatenus d'cm d'nm Rob'tum ad dictam vicariam admittatis et ipsum instituatis prout moris est in eadem, et vltra velitis peragere que vobis incumbunt in hac parte. In quorum testimonium presentibus sigillum meum est appensum. Dat. in hospitali S'ce Katerine iuxta Turrim London', vicesimo die mensis Marcij, Anno D'ni Mill'imo ccc[mo] Nonagesimo nono.

(258) (Certificate of Admission).

Vniuersis . . Nos, Capitulum . . Rob'tum Merot ad vicariam can. Preb. de Sharrow . . p. res. d'ni Joh. de Fulforth . . vacantem . . admisimus, *etc., as in No.* 2. 2 Apr., 1399. 1399. Apr. 2.

(259) (Form of letter presenting an acolyte to the Bishop of Durham for ordination).

Venerabili in xpo patri et d'no, d'no T. Dei gracia Dunelmensi ep'o, sui humiles et deuoti Capitulum eccl. Coll. Rypon', reuerencias et honores debitos tanto patri, W. de B. accolitum nostrum inter nos diucius conuersatum, diligenter super vita, literatura, et moribus examinatum et probatum, paternitati vestre presentamus, rogantes attencius et deuote quatenus dictum clericum ad titulum et presentacionem nostram ad omnes vlteriores ordines pro vt gradus ipsius exigit et requirit per imposicionem vestrarum sacrarum manuum promouere velitis intuitu caritatis. Valeat paternitas vestra per tempora in d'no feliciter successiua. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. in domo n'ra Capitulari decimo die mensis Decembr. Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} septimo. 1407, Dec. 10. Bp. Langley.

(260) (Form of similar letter to the Chapter of York *sede vacante*).

Venerabilibus viris Capitulo eccl. b'i Petri Ebor. Decano eiusdem in remotis agente, ac sede Archiepiscopali eiusdem vacante, vestri humiles et deuoti Capitulum eccl. Colleg. Ripon', obedienciam, reuerenciam, et honores debitos tantis viris, dilectum nostrum in xpo Will'm Marchall, accolitum, clericum nostrum inter nos diucius conuersatum, diligenter super vita, literatura, et moribus examinatum et approbatum, dominacioni vestre presentant, rogantes attencius et deuote quatenus dictum clericum ad titulum et presentacionem nostram ad omnes sacros ordines pro ut gradus ipsius exigit et requirit promoueri velitis intuitu caritatis. Valeat vestra dominacio veneranda per tempora feliciter in D'no successiua. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. in do. n'ra capitulari primo die mens. Decemb. Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} septimo. 1407, Dec. 1.

(261) (Admission of a Chantry-priest).

No date, but 1397–1435. Cap. eccl. coll. Rypon' Ebor. dioc. dil. nobis in xpo d'no Rob'to de Wytton' capellano, salutem. Ad cantariam perpetuam ad Altare Assumpcionis be. Marie in eccl. Coll. b. Wilfr. Rypon' pro fratribus et sororibus gilde Virginis gloriose de nouo fundatam et erectam vacantem, ad quam per venerabilem virum d'nm Joh'em de Dene, confratrem nostrum, ad quem ex concordi et vnamimi consensu confratrum predictorum nominacio siue presentacio hac vice pertinebat, nobis presentatus existis, te admittimus in Capellanum perpetuum cum suis iuribus et pert. vniuersis, te intuitu caritatis instituimus, et per libri tradicionem investimus canonice in eadem. In c. r. t. sig. n. est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari.

(262) (Protestation of Residence).

No date, but 1412–1440. In Dei nomine, Amen. Ego Joh'es de Soulby, Canonicus eccl. coll. b'i Wilfridi Rypon', Prebendarius Prebende de Scharrow in eadem, protestor palam, publice, et in hijs scriptis, quod hac instante die Dominica viz. in octabis S'ci Johannis Baptiste, residenciam meam in dicta eccl. Ripon' ad laudem et honorem Die et eccl'ie predicte incipio ex nunc secundum consuetudines et statuta dicte ecclesie, et annuente Domino, ipsam continuare intendo quousque ipsa residencia mea actualiter fuerit finita et completa.

66 v. (263) (Letter presenting acolytes to the Archbishop for Ordination).

1398, Dec. 14. Abp. Richard Scrope. Venerabili, *etc.*, . . R. d. g. Ebor. Arch. . . . W. de W., T. de W., N. de T. et R. de W. accolitos . . . *as in No.* 259.

(264) (Nomination to Chantry).

1398–9. Jan. 9. Venerabili capitulo eccl. coll. de Ripon', vester humilis Joh'es de Ingelby, reuerencias et honores. Ad cantariam perpetuam beate Marie Virginis de Ripon' in Staynbryggate, vacantem per mortem Joh'is Kabargh,

Capellani eiusdem, et ad meam donacionem spectantem, presento vobis Symonem de Stokdale, Capellanum, humiliter vos rogans quatenus dictum Symonem instituere velitis in eadem et ceteri exercere que officio vestro incumbunt in hac parte. In c. r. t. sig. m. apposui. Dat. apud Ripon' nono die Januarij, Anno regni Regis Ric'i secundi vicesimo secundo.

(265) (Certificate of Induction).

Nouerint vniuersi per presentes quod nos Capitulum eccl. Coll. Ripon' Ebor. dioc. ad Cantariam perpetuam be. Marie Virginis de Ripon' in Staynbryggate per mortem d'ni Joh'is de Kabargh vltimi Capellani eiusdem Cantarie vacantem, que est de patronatu Joh'is de Ingelby de Ryplay, d'nm Symonem de Stokdale, Capellanum, ad eandem Cantariam legitime presentatum, admisimus, ac ipsum Capellanum perpetuum instituimus canonice in eadem in forma ordinacionis eiusdem Cantarie facte, ac eundem d'nm Symonem in corporalem possessionem dicte Cantarie cum suis iuribus et pertin. vniuersis induximus in eadem. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. in do. n. cap. xvj° die mensis Januarij, Anno D'ni Mill'imo ccc^mo^ Nonogesimo octauo. 1398-9, Jan. 16.

(266) (Nomination to Chantry).

Venerabilibus viris et discretis Capitulo eccl. Coll. b. Wilfr. Ripon', Ebor. dioc. suus humilis et deuotus Thomas de Markyngfeld omnimodas reuerencias et honores. Ad Cantariam Altaris Sci Andree in eccl. Coll. Ripon' per mortem d'ni Joh'is de Clynt, vltimi Capellani eiusdem vacantem et ad meam presentacionem spectantem, dilectum michi in xpo d'nm Joh'em de Fulforth, Capellanum, Ebor. dioc., vestro reuerendo Collegio presento intuitu caritatis, supplicans eidem humiliter et deuote quatinus eundem d'nm Joh'em ad d'cam Cantariam admittere vellitis, ac ipsum Capellanum perpetuum canonice instituere in eadem cum s. jur. et pert. vniu., cetera que vestro in hac parte incumbunt 1398-9, Mar. 9.

officio peragere dignemini cum fauore, ad eccl'ie sue regimen et munimen. Vos diu conseruet incolimem Deitas intemerata. In c. r. t. sig. m. presentibus apposui. Dat. apud Merkyngfeld, nono die mensis Marcij, Anno D'ni Millesimo ccc^{mo} Nonagesimo octauo. Et ego Dionisia relicta d'ni Thome de Merkyngfeld, militis, defuncti, dicte presentacioni per Thomam subscriptum facte consencio, et quantum ad me attinet eam approbo et confirmo. In c. r. t. sig. m. apposui. Dat. anno, mense, die, et loco supradictis.

(267) (Certificate of Admission and Institution).

1398-9, Mar. 16. Ca. eccl. Coll. Ripon' Ebor. dioc. dilecto nobis in xpo Joh'i de Fulforth, Capellano, salutem. Ad Cantariam perpetuam Altaris S'ci Andree in eccl. coll. Ripon' per mortem d'ni Joh'is Clynt vltimi Capellani eiusdem Cantarie, ad quam per Thomam de Merkyngfeld, verum ipsius patronum, nobis presentatus existis, te admittimus, et Capellanum perpetuum cum suis iuribus et pertin. vniuersis et oneribus eidem incumbentibus, ad que onera subeunda coram nobis iurasti, te intuitu caritatis instituimus canonice in eadem. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. in do. Ca. xvj^{o} die mens. Marcij, Anno d'ni Mill'imo ccc^{mo} nonag. octauo.

(268) (Certificate of Induction).

1398-9, Mar. 20. Nouerint vniuersi quod cum nos Capitulum eccl. coll. Ripon' Ebor. dioc. dilectum nobis in xpo Joh'em de Fulforth Capellanum ad Cantariam perpetuam Altaris S'ci Andree in eccl. Coll. Ripon' admisimus, et Capellanum perpetuum instituimus canonice in eadem, ipsum Joh'em in corporalem possessionem eiusdem Cantarie per d'nm Joh'em Redness Subthesaurarium nostrum corporaliter induci fecimus cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. in do. n'ra Ca. vicesimo die mensis Marcij Anno D'ni Mill'imo ccc^{mo} nonag. octauo.

(269) (Nomination of Sub-Treasurer).

Venerabili Capitulo Eccl. Coll. Riponie, Alexander Legh, Canonicus eiusdem ecclesie et prebendarius prebende de Monkton, ac thesaurarius eiusdem eccl'e, omnimodas reuerencias et obedienciam debitam cum honore, ad officium subthesaurie in eadem per resignacionem siue dimissionem d'ni xpofori Kendall capellani, vltimi incumbentis in eodem vacans, dilectum michi in xpo d'nm Will'm Rayner vestris reuerencijs presento, supplicans quatinus dignemini d'cm d'nm Will'm ad prefatum officium admittere, ceteraque peragere que vobis incumbunt in hac parte cum fauore. In c. r. t. sig. m. pres. apposui. Dat. vndecimo die mensis Septembris, Anno d'ni Mill'imo ccccº octogesimo octauo. 1488, Sept. 11.

Et admissus est quintodecimo die eiusdem mensis.

67. (270) (Resignation of a Vicarage).

Vniuersis S. M. E. filijs presentes literas inspecturis. Nos, Capitulum eccl. Coll. b'i Petri Ripon', sa. in eo quem peperit vterus virginalis. Vniuersitati vestre tenore presencium intimamus quod cum iam pridem d'ns He(nricus)[1] Friston, vicarius in choro ecclesie n're Collegiate predicte, volens et capiens ex certis causis iustis et ——— ipsum in ea parte mouentibus, ab onere et cura ipsius vicarie exui et exonerari, eandem vicariam ——— pure, sponte, simpliciter, et absolute resignauit. Quam quidem resignacionem sic factam admisimus ——— dilectum nobis in xpo d'nm Thomam Grundall presbiterum ad dictam vicariam per venerabilem confratrem ——— Thomam Bryan, canonicum ecclesie nostre Collegiate predicte, ac prebendarium prebende de Monkton ——— vicarie patronus nobis presentat, admisimus ad eandem, ipsumque canonice instituimus in eadem e——— cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis. Et depost[2] prefatus d'ns 1437, June. A new vicar admitted,

[1] This leaf is a good deal mouse-eaten. [2] Thereupon.

who places himself in the hands of the Chapter with regard to pension to his predecessor,

Thomas in plena possessione ——— notorie constitutus, de assensu et consensu expressis Mag'ri Thome patroni sui predicti prout ——— se vicariam suam ac fructus redditus et proventus eiusdem omnes et singulos, nostris ordinacioni d——— decreto pure, sponte, simpliciter, et absolute submisit. Nosque submissionem huiusmodi accepta——— statum dicti d'ni Henrici nullum iam obtinentis beneficium ecclesiasticum seu patrimonium vnde de cetero viuere ——— alimentari oculum reuoluentes ne idem d'ns Henricus in obprobrium ordinis clericalis nimia paupertate ——— cogatur. Comparentibus coram nobis prefatis d'nis Thoma et Henrico, vocatisque in ea parte vocandis ad ordina ——— certe porcionis de fructibus dicte vicarie prefato d'no Henrico ministrande, processimus et procedimus in hunc modum et ——— nomine inuocato, Nos Capitulum predictum ex causis per nos superius declaratis et alijs legitimis nos mouentibus, ordinamus, decernimus, et declaramus, quod prefatus d'ns Henricus annuam pensionem quadraginta solidorum de dicta vicaria ac fructibus, redditibus, et prouentibus eiusdem percipiat et habeat donec fuerit promotus ad beneficium curatum valoris decem librarum vel ad aliquid aliud beneficium non curatum de quo reputet se contentum ; soluend. sibi aut suo procuratori vel certo attornato in ecclesia Collegiata predicta per manus Camerarij eiusdem ecclesie qui pro tempore fuerit, ad quatuor anni terminos, videlicet S'ci Michaelis archangeli, S'ci Thome Apostoli ante Natale D'ni, Annunciacionis beate Marie Virginis, et Natiuitatis b'i Joh'is Baptiste per equales porciones. Primo vero termino solucionis incipiente in dicto festo S'ci Michaelis prox. futuro post dat. presencium. Quam quidem pensionem de fructibus, redditibus, et prouentibus eiusdem vicarie predicto loco et terminis supradictis d'no Henrico annuatim vt prefertur fideliter persoluendam prefato d'no Thome vicario vicarie predicte et successoribus suis qui pro tempore fuerint in eadem, vigore et virtute submissionis

and they assign 40s. a year as a retiring pension.

predicte ac presentis ordinacionis nostre quantum de iure possumus imponimus cum effectu, ac eundem d'nm Thomam et successores suos de dicta pensione modo quo premittitur persoluenda efficaciter oneramus, ipsumque et ipsos tenore presencium monemus primo, secundo, et tercio, et peremptorie, cum pietas suadeat et premissorum qualitas id exposcat, vt hanc nostram ordinacionem et singula contenta in eadem, quatenus eum et eos concernunt, perficiant, impleant, et conseruent sub pena excommunicacionis, quam ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc, canonica monicione premissa, in eum et eos ac quemlibet eorundem singulariter in singulos si huiusmodi nostre ordinacioni non paruerit seu paruerint, proferimus in hijs scriptis sequestrum eciam nostrum, in fructibus, redditibus, et prouentibus dicte vicarie ex nunc inponimus. Si dictus d'ns Thomas vicarius modernus seu successores sui in dicta vicaria vel eorum aliquis dictis loco et terminis vel eorum aliquo in solucione dicte pensionis in parte vel in toto (67 v.) defecerit vel defecerint quoquo modo, canonica monicione premissa, vt prefertur, volumus eciam et ordinamus quod predictus ——— Thomas vicarius modernus et quilibet eius successor in vicaria predicta in futur' in eorum primaria ad(missione) iuret, tactis sacrosanctis Dei euangelijs, quod soluant dictam annuam pensionem modo, forma, et terminis predictis (In quorum omnium) testimonium atque fidem sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in do. n'ra Cap. ——— die mensis Junij, Anno D'ni Mill'mo quadringentesimo tricesimo septimo.

In case the present vicar or his successors should fail to pay, they are to be put on oath to do so

(271) (Mandate to induct to a Canonry and Prebend).

(Johannes, miseracione) diuina tituli S'ce Balbine sacrosancte Romane ecclesie prisbiter Cardinalis Archiep. Ebor. (Anglie primas) et apost. sed. legatus, dil. in xpo filijs Capitulum eccl. n're Colleg. S'ci Wilfr. Ripon' (sa. gra. et be)nediccionem. Quia nos dil. in xpo filio Mag'ro Joh'i Delaber in decretis bacallario Canonicatum (et

1442, Nov. 14. Abp. Kempe

prebendam de) Thorp in eccl. predicta vacantes et ad collacionem nostram pleno Jure spectantes contulimus cum eorum (iuribus et perti)nencijs vniuersis intuitu caritatis, ipsumque canonicum et prebendarium eorundem canonitus (*sic*) et prebende instituimus ——— inuestiuimus in et de eisdem, vobis mandamus quatinus prefatum Mag'rum Joh'em vel procuratorem suum ——— in realem et corporalem possessionem dictorum Canonicatus et prebende, Juriumque et pertinencium suorum vniuersorum inducatis seu induci faciatis et defendatis inductum, stallum in choro et locum in capitulo dictis canonicatui et prebende (ab an)tiquo pertinentia
Chelsea. eidem assignatis. Data apud Chelchieth, xiiij° die mensis Nouembris, Anno D'ni Millesimo (cc)cc xlij°, et nostre translacionis anno decimo octauo.

(272) (Presentation of Mandate).

1442, Sept. 29. Istud mandatum fuit presentatum Capitulo eccl. pred. Ripon' penultimo die mensis Septembris anno D'ni Millesimo cccc^mo^ xlij°. Et eodem die fuit predictus Johannes Delaber admissus per procuratorem, super qua admissione habuit literas Capituli in forma prout sequitur.

(273) ADMISSIO MAG'RI JOH'IS DELABER AD PREBENDAM DE THORP.

1442, Nov. 29. Ca. eccl. Coll. b. W. Ripon', Ven. viro Mag'ro Joh'i Delaber in decr. bac., sa. in sinceris amplexibus Saluatoris. Ad Canonicatum eccl. n're Ripon' et ad preb. de Thorp in eadem, vacantes et tibi per Reuerendissimum in xpo
Abp. Kempe. patrem et d'nm n'rum d'nm Johannem, miseracione diuina tituli S'ce Balbine sacrosancte Romane ecclesie presbiterum Cardinalem, Archiep. Ebor., Anglie primatem, et apostolice sedis legatum collatos, te in personam Humfridi Brokas, procuratoris tui sufficientem in hac parte potestatem habentis admittimus, tibique stallum in choro et locum in Capitulo dictis Canonicatui et prebende antiquitus pertinentia assignamus, et te in corporalem possessionem dicte prebende cum suis Juribus

et pertin. vniuersis in personam dicti procuratoris tui, ac ipsum procuratorem tuum in personam tui actualiter induximus, Juribus, libertatibus, et consuetudinibus eccl'ie nostre predicte semper saluis. In c. r. t. sig. n. presentibus est appensum. Dat. Ripon' in do. n'ra capitulari, penultimo die mensis Nouembris, Anno d'ni Millesimo cccc xlij^{o}.

(274) ADMISSIO MAG'RI ROB'TI DOBBES.

Vicesimo nono die mensis Maij, Anno D'ni mill'imo 1447, May 9.
cccc^{mo} quadragesimo septimo, in domo n'ra capitulari, hora capituli, personaliter comparuit discretus vir magister Thomas Farleton, curie Ebor. procurator generalis, exhibens nobis et ostendens sufficiens procuratorium sibi ad recipiend. et optinend. induccionem et possessionem canonicatus et prebende de Gevendale in eccl. n'ra de Ripon' predict. per Reuerendum virum Mag'rum Rob'tum Dobbes decr. doct. factum et traditum, post cuius procuratorij exhibicionem et admissionem idem procurator nobis porrexit quoddam mandatum Reuerend^{mi} in xpo patris et d'ni Johannis Cardinalis et Archiep'i Ebor. Abp. Kempe.
petens instanter nomine dicti d'ni sui ipsum induci in possessionem dicte prebende, cuius quidem mandati tenor talis est.

(275) (Mandate to induct to a Canonry and Prebend).

Johannes . . Rob'to Dobbes decr. doct. Can. et Pr. 1447, May 15.
quos d'ns Johannes Stopyndon . . obtinuit p. m. eiusdem vacantem . . contulimus . . . Vobis mandamus, *etc.*, *as in No.* 271. Dat. Wynton, quintodecimo die mensis Maij, Anno D'ni M^{o}cccc^{mo} quadragesimo septimo, et n're Transl. anno vicesimo secundo, quere plura ad tale signum ƭ (No. 278).

68. (276) (Admission to a Vicarage).

Uniuersis . . nos Capitulum . . d'nm Rob'tum Forestar 1442, Dec. 5.
Capellanum ad vic. can. et pr. de Nunwyk . . p. m. d'ni Will'i Norton Cap. . . vacantem et ad pres. Mag'ri Will'i Scrop in decr. bac. . . admissimus, *etc.*, *as in No.* 2.

(277) (Admission to a Chantry).

1444, June 24. Vniuersis S'ce Matris eccl. filijs ad quos presentes litere peruenerint, Nos, Capit. eccl. coll. be. Petri Ripon, salutem in D'no sempiternam. Cantariam perpetuam ad altare S'ci Jacobi in ecclesia Collegiata predicta fundatam per liberam resignacionem d'ni Joh'is Stodelay vltimi Capellani et possessoris eiusdem Cantarie in manus nostras factam et per nos admissam, cuius collacio ad nos ex fundacione ipsius cantarie spectat pleno iure dilecto nobis in xpo d'no Edmundo Karre presbitero, suis exigentibus meritis et virtute conferrimus intuitu caritatis, ipsumque d'nm Edmundum ad Cantariam predictam admittimus et instituimus, ac presencialiter inuestimus in eadem, necnon et induci fecimus cum suis Juribus et pertin. vniuersis. In c. r. t. sig. Cap. n'ri est appensum. Dat. Ripon in do.' n'ra Cap. xxiiij^{o} die mensis Junij, Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} xliiij^{o}.

(278) ť (Induction to a Canonry and Prebend by proxy).

1447, May 29. Quarum quidem literarum Reuerend.[1] Nos Ca. Riponie antedict. prefato xxix^{o} die mensis Maij A^{o} D'ni M^{o}cccc^{mo} xlvij, dictum Mag'rum Rob'tum Dobbes in personam prefati M. Thome Farleton, procuratoris sui sufficientem vt premittitur potestatem habentis ab ipso, in corporalem possessionem dictorum canonicatus et prebende induci fecimus, ac stallum in choro et locum in Capitulo eidem in personam dicti procuratoris sui assignauimus, prestito primitus iuramento ad sancta Dei euangelia per eundem procuratorem in animam d'ni sui predicti de fideliter obseruando et conseruando iura, libertates, statuťa, et consuetudines eccl. coll. predicte et capituli eiusdem vt moris est tempore admissionis et induccionis fact. per nos capitulum predictum. Vnde nos Capitulum literas dicto Mag'ro Rob'to fecimus testimoniales et tradimus in hunc modum, sigillo n'ro ad hos actus consueto signatas.

[1] See No. 275. Something appears to be wanting in order to complete the sense.

(279) (Certificate of Induction).

Capitulum eccl. coll. b. Petri Riponie . . Rob'to Dobbes decr. doct. . . ad Can. et Pr. de Geuendale . . p. m. D'ni Joh'is Stopyndon . . vacantes . . te . . induximus, *etc., as in No.* 273. Riponie. . . xxix° Maij, m°cccc^mo^ xlvii^mo^. *Dobbes.* 1447, May 29.

(280) (Commission for enquiry as to dilapidations) .

Item penultimo die mensis Maij predicti, Anno D'ni supradicto, decretum est commissionem fiendam Mag'ris Rob'to Thorneton Commissario Curie Ebor. et Ric'o Wetwang eiusd. curie aduocato commissam et directam ad inquirend. super defectibus domorum et implementorum dicte prebende de Geuendale cum potestate sequestrandi omnia bona et debita dicti Joh'is Stopyndon ad instantem peticionem dicti procuratoris nomine dicti sui (*entry left incomplete*). 1447, May 29.

68 v. (281) (Settlement of a dispute between the Vicars and a Chaplain).

Vide hic controversia sedata inter Vicarios et Capellanum Cantarie S'ce Trinitatis : modum soluendi per dictum capellanum diuersis ministris ecclesie pro obitu Hugonis de Rotheram, secundum ordinacionem Capituli.[1]

(282).

In Dei nomine, Amen. Secundo die mensis Octobris, Anno D'ni Mill'imo cccc^mo^ xl° iiij° coram venerabilibus viris Mag'ro Will'o Scroope, Mag'ro Thoma Briane, Canonicis et Residenciariis in eccl. Coll. Ripon', necnon Mag'ro Ric'o Morton, concanonico in eadem, in do. Ca. capitulariter congregatis, venerunt vicarij eiusdem ecclesie, et per procuratorem suum generalem d'nm Rob'tum Brompton proposuerunt quamdam controuersiam inter ipsos vicarios ex vna parte et d'nm Rogerum Waryn, Cap. Cantar. S'ce Trinitatis in eccl. predicta ex parte altera, pro quodam annuali redditu iiij^or^ solidorum predictis vicarijs et alijs ministris in eccl. prefata ministrantibus, pro obitu Hugonis de Rotheram annuatim persoluendo, et ab eisdem reuerendis canonicis tanquam 1444, Oct. 2.

[1] In a later hand, in the upper margin of the page.

suis ordinarijs, remedium implorantes vnde idem Rogerus Waryn, capellanus cantarie S'ce Trinitatis coram dictis reuerendis canonicis ac eciam ceteris ministris omnibus in dicto domo Capitulari personaliter comparens dictum annualem redditum iiij^{or} solidorum pro dicto obitu Hugonis de Rotheram soluere puplice fatebatur, non tamen sub hac forma qua per dictos vicarios petebatur. Unde postea sepius deligenti examinacione parcium habita, summaque deliberacione et librorum inspectione ac eciam sapientum concilio mediante, ex assensu et consensu parcium, magistro Thoma Bryan, canonico, absente et in remotis agente, prefatus Mag'r Will's Scroope, canonicus et ibidem residenciarius vt prefertur, vice et auctoritate Capituli in domo Capitulari predicto, tale decretum diffinitiue dedit, statuit, et decreuit, videlicet vt prefatus Rogerus Waryn, Cap. Cantar. S'ce Trinitatis qui nunc est, et successores sui in eadem Cantaria succedentes, soluet et soluent annuatim dictis vicarijs modo existentibus et successoribus suis vicarijs pro obitu dicti Hugonis Rotheram in die obitus eiusdem, videlicet xxvij^{o} die mensis Junij, duos solidos, cuilibet vicario iiijd., et ceteris ministris ecclesie predicte duos solidos sub antiqua forma pro diuisione subscripta, videlicet cuilibet diacono ijd. et subdiacono ijd., in oblacione ad missam, jd., vicario missam celebranti, jd., diacono jd., et subdiacono jd., ij^{bus} ceroferarijs jd., mergulario et socio suo campanas pulsant. ijd., necnon fabrice ecclesie iiijd. Quam quidem formam assequendam secundum quod dicto reuerendo magistro Will'mo Scroope inest iudicium tunc pro presenti ex consensu ambarum parcium vt prefertur, ne instet imposterum vlla ambiguitas inter partes prenominatas, vult illam antiquam diuisionem inuiolabiliter obseruari inperpetuum, tanquam decretum pro se factum. Determinacio ipsius decreti fuit in die
1444, Dec. 8. Concepcionis be. Marie Virginis, Anno D'ni Mill'imo cccc^{mo} xl^{o} iiij^{to}. Hijs presentibus et testibus et in testimonium specialiter requisitis, Mag'ro Ric'o Morton, Canonico prefato, d'nis Henrico Coke, Rob'to Morpath, Joh'e Frankysse, Joh'e Rycby, cum alijs.

(283) (Induction to the Canonry and Prebend of Thorp).

Capitulum . . . Mag'ro Will'o Gray sacre pagine professori . . ad Can. et pr. de Thorp. . . vacantes et tibi . . collatos in personam discreti viri Mag'ri Rob'ti Thwartis procuratoris tui . . induximus, *etc.*, *as in No.* 273. 1447-8, Jan. 13.

(284) ADMISSIO VENERABILIS VIRI MAG'RI GEORGIJ NEVILE AD PREB. DE THORPE.

Capitulum . . Mag'ro Georgio Nevile Oxon. cancellario . . . ad Can. et Pr. de Thorp . . vacantes et tibi . . . collatos in personam discr. viri Mag'ri Will'i Lampton procuratoris tui . . induximus, *etc.*, *as in No.* 273. 1454, Aug. 4.

69. (285) (Will of William Cawod).

In Dei nomine, Amen. Ego Will'ms Cawod, canonicus ecclesiarum Cathedralis beati Petri Ebor. et Collegiate Ripon', Rector ecclesie parochialis de Warton,[1] Archidiaconus Richmond' Ebor. dioc., sanus mente et corpore existens, prospiciensque et intelligens quod cum corpus viget sanitate et mens per langorem non est interius impedita, tunc homo pleniori vtitur racione et vltime voluntatis sue declaracionem in qua tranquille mentis racionis vsus exigitur salubrius et prudencius ordinat et disponit. Et propterea dum lucem habeo in luce ambulare desiderans, In nomine patris et Filij et Spiritus Sancti, Amen; animo condendi testamentum meum ac eciam vltimam voluntatem meam apercius declarandi, commendo miseram animam meam illius immense misericordie qui precioso sanguine suo misericorditer me redemit, et corpus meum miserum sepeliri infra ecclesiam aliquorum beneficiorum meorum in quo et ubi decedere me continget. Et si contingat corpus meum sepeliri in Eccl'ia Cath. Ebor., tunc lego cuilibet canonico et confratri eiusdem eccl. Ebor. interessenti exequijs meis funeralibus, vjs. viijd. Et cuilibet persone et vicario in Choro eiusdem ecclesie eisdem exequijs interessenti, ijs. Et cuilibet diacono eiusd. eccl. eisd. exeq. interessenti, xijd.

1419-20, Feb. 3.

Preferments of testator.

His soul to his Redeemer.

His body to one of his churches.

If at York, bequests to those attending his funeral.

[1] In Lancashire, on Morecambe Bay ; the Dean and Chapter of Worcester are now the impropriators, and patrons of the vicarage.

Et cuilibet turibulario et choriste dicte eccl. presenti in exeq. huiusmodi, viijd. Item lego vtrique clerico vestibuli eiusd. ecclesie xxd., et cuilibet sacriste dicte ecclesie xijd. It. do et lego d'no Ric'o Vlneskelf, vicario meo, habitum meum chori meliorem cum toto suo apparatu et xls. It. do et lego libros meos infrascriptos, videlicet Codicem meum,[1] ij° folio imperator; ff. vetus,[2] ij° fo. vacue nacionis; ff. nouum,[3] ij° fo. nunciare an'; ff. Inforciatum[4] ij° fo. e' marmor.; Paruum volumen[5] ij° fo. Gaii n'ri; Innocencium[6] ij° fo. quid', et j^um^ Speculum iudiciale,[7] ij° fo. tate, et j^a^ Hostien. in summa,[8] ij° fo. tuus sum; Apparatum Joh'is Andree super sexto[9] cum glosa Archid.[10] super eodem libro cum digno de regulis in eis[11] ij° fo. tum

To his vicar, his better choir habit.

His books,

[1] The *Codex* of Justinian, in 12 books.

[2] The *Digestum Vetus*, containing books 1–24 of the Digesta or Pandects.

[3] The *Digestum Novum*, containing books 39–50 of the above.

[4] The *Infortiatum*, containing books 25–38. The term has not been explained. The sign "ff" is supposed to be derived from the Greek Π, for Πανδέκται, ignorantly written H, and then ff, or, to be from a barred D, for Digestum.

[5] The *Tres Libri*, the *Authenticae*, and the *Institutiones*; the words "Gaii Nostri" occur not far from the beginning of these. The above *five* collections of laws, together with the *Novellae* or later constitutions, form the *Corpus Juris Civilis*.

[6] Constitutiones Innocentii IV in Concil. Lugd. a° 1245, printed by Labbe in *Concilia* (1731), Tom. xiv, *s. a.* 1245.

[7] By the famous Durandus, author of *Rationale Divinorum Officiorum*.

[8] *Hostiensis Summa Aurea*, by Henry de Segusio, Cardinalis Hostiensis (of Ostia). He wrote also Commentaries on the Decretals, etc.

[9] The "Sext," or sixth book of Decretals, added by Boniface VIII in 1298 to the Decretals of Gregory IX, which were added to the Decretum Gratiani (compiled c. 1151) in 1234. Johannes Andreae (or Andreas) died at Bologna in 1348, and his commentary usually goes with the text of the "Sext." He is said to have lived for twenty years in a bear-skin without ever going to bed.

[10] Guido de Baisio, the Archdeacon here referred to, flourished at Bologna in 1290.

[11] Dinus, or "Dignus," a professor at Bologna, commented on the Regulae Juris in the Sixth Book of the Decretals, and is believed to have introduced them into that book.

vnde; Item Constituciones Clementinas[1] cum glosa ordinaria Joh'is Andree cum alijs doctoribus, videlicet Paulo, Will'mo, et Gesselino, cum constitucionibus alijs extrauagantibus[2] ij° fo. seu prouentus. Item Repyngton super Euangelia,[3] ij° fo. et duos ordines; Brumardum[4] ij° fo. manducabo carnes; Joh'em Aton super Constituciones Otonis et Octoboni[5] cum conclusionibus rote,[6] sic vt isti libri vendantur, et precium ex ipsis receptum in ornamentum summi altaris dicte eccl. Cathedralis Ebor. videlicet Reredose totaliter conuertatur. Item volo et ordino quod expense mee funerales vbicumque fieri contingant, fiant duntaxat in loco vbi corpus meum contigerit sepeliri, ad disposicionem executorum meorum, discrete tamen et consulte, propter obloquencium iudicia indiscreta. Item lego fabrice eccl. Coll. Ripon' decem marcas. Et si contingat corpus meum ibidem sepeliri, lego cuilibet vicario chori eiusdem ecclesie et alij cuilibet

to be sold for the reredos at York.

Funeral expenses to be only where he is buried.

Fabric of Ripon Minster.

Bequests if buried there.

---

[1] The "Clementines," compiled by Clement V in 1316, and coming next after the "Sext." On Joh. Andreae see note above. Paulus de Eleazaris was a pupil of Joh. Andreae, and wrote on the Clementines, etc., fl. 1340; Willelmus de Cumo also wrote on the Clementines, fl. 1330, Gescelinus or Genselinus was a famous lawyer.—Lyndwood, Oxon., 1679, near the beginning.

[2] Constitutiones quae *extra* corpus canonicum Gratiani sive extra Decretorum libros *vagantur*.—Ducange *s.v.* These constitutions, which include the *Extravagantes* of John XXII, and the *Extravagantes Communes*, containing the decretals of twenty-five Popes ending with Sixtus IV (1484), with the Decretals, Sext, and Clementines, make up the *Corpus Juris Canonici*. But it is obvious that only the earlier of the *Extravagantes* could have been in the possession of this testator.

[3] Philip de Repyngdon, consecrated bishop of Lincoln 1405; wrote *Sermones super Evangelia.*

[4] Either Gulielmus Brunyarde, who wrote a *Summa Theologiae*, or Johannes Bromyarde, author of a *Dictionarium Theologicum*, and also *De jure civili et canonico:* the two may be the same person.

[5] These constitutions have often been printed with the commentary of Johannes de Athona, *e.g.* in the Oxford edition of Lyndwood's *Provinciale*, 1579, after p. 356, with new pagination 1–155. Johannes de Athona or Acton was a canon of Lincoln c. 1329. Otho and Ottobone were papal legates presiding in synods at St. Paul's, London, in 1236 and 1268 respectively.

[6] The Sacra Rota Romana was the supreme Papal Court of jurisdiction, and its Decisions or Conclusions were of high authority.

capellano Cantariam ibidem optinenti exequijs meis funeralibus, videlicet Placebo et Dirige cum commendacione mortuorum, ac misse funerali ibidem celebrande plene interessenti, iijs. iiijd. et cuilibet diacono et subdiacono eiusdem eccl. eisdem officijs interessenti xxd., et cuilibet thuribilario et choriste ipsius eccl. qui presens fuerit in celebracione officiorum funeralium meorum predictorum, xijd. et sacriste dicte ecclesie pro pulsacione sua, iijs. iiijd. Item lego fabrice eccl. Suthwell, xl solid. Item lego ad distribuend. magis indigentibus parochianis ecclesie de Belesby, Lincoln. dioc. xxs. Item lego in distribucione pauperum parochianorum meorum, et magis indigencium eccl. mee de Warton, quinque marc. Item do et lego d'no Joh'i de Dene confratri meo in eccl. Ripon predicta, vnam peciam argenti cum cooperculo, habentem in summitate draconem deauratam, et maius portiphorium, ea videlicet intencione quod ipsum portiphorium pro perpetuo proprijs suis vsibus retineat et nulli omnino huiusmodi quoad uixerit alienet. Item lego d'no Will'mo Chanon Rectori eccl'ie de Berwyk, Ebor. dioc., unam peciam deauratam quam habui ex dono Mag'ri Nich'i Feryby. Item lego d'no Joh'i Redenes vnam peciam argenti formatam ad modum calicis, habentem quemdam numerum scriptum in pede, et aliam peciam deauratam cum suis cooperculis, et viginti libr. argenti, vnum ciphum mirreum minorem cum pede et cooperculo in parte deaurato, et vnam legendam sanctorum, et Portiphorium meum minus. Item lego d'no Ade Towell, capellano, xl solid. et vnam robam de melioribus cum toto apparatu. Item lego missale meum et calicem deauratam vna cum vestimento meo meliori de panno viridi deaurato, vna cum alio vestimento albo in ministerium summi altaris ecclesie mee de Warton predict. Item lego calicem meum argenteum cum duobus vestimentis capelle mee in vsum et ministerium altaris prebende mee S'ci Joh'is Beuerlaci infra eccl. coll. de Rypon' predict. Item lego Will'mo Croft xl solid. et vnum lectum cum Chappelet,[1] albi coloris. Et

Fabric of Southwell Minster.

Poor of Beelsby, of Warton.

Plate, church books, etc.

Barwick in Elmet.

A mazer.

Vestment for Warton.

Beds, etc.

[1] Perhaps a little chapel, oratory, or shrine.

Will'mo Norton xl solid. Item lego Rob'to Selby, clerico, quinque marcas et vnam peciam argenti cum cooperculo, formatam ad modum calicis, habentem arma in summitate cooperculi. Item lego Joh'i Jollan quinque marcas et vnum lectum videlicet Couerletum cum tapeto, et Joh'i Wyttyngton Armigero seruienti meo, xl solidos, et Will'mo Hydwyn Armigero, seruienti meo, xx solidos, et vtrique eorum vnum lectum vt supra. Item lego Joh'i Crosby, camerario meo, centum solidos et meliorem lectum meum cum toto apparatu. Et Thome Bruer quinque marcas. Et Thome Fysche quinque marcas. Et Simoni coco xl solidos. Et ista vero legata seruientibus meis relicta volo vt locum habeant et vigorem dumtamen steterint in obsequijs in exsequijs tempore mortis mee. Item do et lego communie vicariorum ecclesie Collegiate beate Marie Suthwell quinque marcas, ita vt faciant nomen meum inmatriculari et inscribi inter nomina fratrum et sororum dicte ecclesie et in die obitus mei in Capitulo singulis annis puplice legi et recitari. Item lego psalterium meum (**69 v.**) glosatum cum glosa Cassiodori, vt sit cathenatum coram stallis prebendarum de Thorp et Staynwygges in dicta ecclesia de Rypon' ibidem ad vtilitatem ministrorum ecclesie pro perpetuo permansurum. Item lego vni Capellano ad celebrandum pro anima mea et animabus omnium benefactorum meorum, omniumque fidelium defunctorum per vnum annum integrum inmediate post mortem meam, in eccl. mea de Warton predict., sex marcas. Item volo quod d'ns Joh'es Schyrburne, capellanus mecum commorans, celebret pro anima mea et animabus omnium parentum et benefactorum meorum omniumque fidelium defunctorum in Ecclesia Ebor. si ibidem me mori contigerit, per quinquennium prox. post mortem meam, nisi eum interim promoueri contigerit, percipiendo annis singulis ipsius quinquennij centum solidos nomine stipendij sui annualis. Et volo et ordino quod Capellani predicti pro anima mea vt premittitur locis predictis celebraturi, dicant singulis diebus pro anima mea et animabus supradictis plenum

Plate.

Esquires, his servants.

Simon his cook.

Vicars of Southwell.

Nota de psalterio glosato.

Chantry priests to celebrate for his soul.

Placebo and Dirige, etc.

officium mortuorum[1] cum comendacione[2] secundum vsum ordinalis Ebor. et prout anni tempus exigit et requirit, nisi legitime fuerint impediti. Item do et lego d'no Will'o Stabyll, Capellano, xxs. Item lego ad distribuend. inter pauperes parochianos prebende mee de Thorp et alijs locis adiacentibus ad dictam prebendam pertinentibus, secundum eorum indigenciam, xl solidos. Item lego cuilibet ordini fratrum mendicancium ciuitatis Ebor. xx solidos. Item lego Conuentui fratrum minorum de Richmond xx solidos. Et Conuentui Monialium de Eschold, xxs. Et conuentui domus monialium de Arthyngton', xxs. Item lego fratri Roberto Cawod, xx solidos. Item lego Thome de Alta Ripa, clerico, vnam peciam argenti cum cooperculo, habentem rosam in summitate cooperculi. Item lego Mag'ro Joh'i Stanton vnam peciam cum cooperculo habentem eciam rosam in summitate cooperculi. Item lego d'no Rob'to Semer capellano, vnam peciam argenti cum suo çooperculo habentem nodum in summitate cooperculi. Item lego Joh'i Pygott vnam peciam cooperatam ad modum calicis cum nodo in summitate cooperculi anamaled cum azoure. Item lego d'no Joh'i Thornton vicario Pontefract' vnam peciam argenti cum cooperculo suo habentem in summitate hoc nomen, ihc. Item volo et ordino quod, expedita sepultura mea absque pompa omnino seculari, honeste tamen propter obloquencium iudicia inconsulta, quod omnia et singula debita mea que me debere contigerit tempore mortis mee ante solucionem vel deliberacionem quorumcumque legatorum meorum predictorum integre persoluantur. Residuum vero omnium bonorum meorum superius non legatorum vbicumque inuentorum, do et lego executoribus meis infrascriptis vt ipsi de eo disponant, ipsumque in pios vsus, et precipue pauperum indigencium parochianorum beneficiorum meorum, conuertant prout anime mee melius et salubrius crederint expedire. Et ad execucionem presentis testamenti mei, vltimam voluntatem meam in se plenius

Poor of the prebend of Thorp.

Friars of York and Richmond.

Nuns of Esholt, and of Arthington.

Plate.

Funeral to be without worldly pomp, yet honourable. Debts to be paid before legacies.

Poor of his parishes.

Appointment of executors;

[1] *Brev. Ebor.* (Surtees), II, 659–668.

[2] *Manuale Ebor.* (Surtees), 92.

continentis, faciendam et exequendam et fideliter perimplendam, dilectos in xpo d'nm Joh'em Dene confratrem meum, Joh'em Pygot Armigerum, et d'nm Joh'em Redenes, capellanum, ordino et constituo executores meos. Et cuilibet eorundem administracionem in bonis meis suscipienti et ministranti, vltra summam superius sibi legatam, do et lego xl solid., dansque et concedens eisdem executoribus meis de quibuscumque bonis et catallis et domorum vtensilibus meis vendendis quecumque sibi vtilia, secundum eorum veram dumtaxat et iustam appreciacionem, emendi liberam facultatem. Et insuper volo et ordino quod si forsitan in euentu inter dictos executores meos occasione administracionis sue in bonis meis alique controuersie fuerint suscitate, quod eorundem executorum maioris partis arbitrio omnino stetur (*sic*) et fine debito terminetur. Huius autem testamenti mei superuisorem ordino et constituo Ric'm de Norton, cui do et lego vnam peciam deauratam cum circulo veprium, et Aquarium meum deauratum, eundem Ric'm supplicans attencius et deuote quatenus onus superuisionis huiusmodi in se caritatis intuitu dignetur recipere, et prefatis executoribus meis suis auxilio et consilio circumspectis in hijs que celerem et debitam execucionem presentis testamenti mei concernunt temporibus oportunis assistere graciose. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium atque fidem sigillum meum presentibus apposui, presentibus d'nis Ric'o Vlneskelf et Will'o Welwek, vicarijs chori eccl. Ebor. et Joh'e Wyttyngton Armigero testibus ad premissa vocatis et rogatis. Dat. apud Ebor. tercio die Februarii Anno D'ni Mill'imo quadragentesimo decimo nono.

each to have 40s.

Majority of executors to decide in case of question.

Appointment of supervisor.

Witnesses.

(286) (Probate at York).

1419-20, Mar. 23.

In Dei nomine, Amen. Admissis probacionibus super factione testamenti venerabilis viri Mag'ri Will'i Cawod confratris et canonici nostri presentibus litteris nostris annexi, ipsum testamentum rite factum et legitime probatum pronunciamus, executoribus in dicto testamento

13

nominatis liberam administracionem omnium bonorum dicti Mag'ri Will'mi confratris nostri infra nostram Jurisdiccionem existencium in forma constitucionis legatine in hac parte edite concedentes. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. Ebor. in domo nostra Capitulari, vicesimo tercio die mensis Marcij, Anno D'ni Mill'io cccc^{mo} decimo nono.

70. (287) (Probate at Ripon).

1420, Sept. 26. In Dei nomine, Amen. Vniuersis S. M. E. filijs pateat per presentes quod nos Capit. eccl. Coll. Ripon' presens testamentum rite et legitime probatum xxvj^{o} die mens. Septembr. in domo nostra Capitulari Ripon' reputamus et pronunciamus, d'no Joh'i de Dene Canonico eccl. predicte, Joh'i Pygot Armigero, et d'no Joh'i Redenes, capellano, executoribus in dicto testamento nominatis, administracionem omnium bonorum dicti defuncti infra Jurisdiccionem nostram existencium in forma constitucionis super hoc edite concedentes. In c. r. t. sig. n. presentibus apposuinus. Dat. in domo n'ra Capitulari, Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} vicesimo.

(288) FUNDACIO ET ORDINACIO CANTARIE AD ALTARE S'CI THOME MARTIRIS.

1419, June 26. The founders. Vniuersis S. M. E. filijs hanc cartam visuris vel auditurís, Will'ms de Cawod, eccl. Coll. Ripon' Canonicus et Residenciarius in eadem, Joh'es Deene eiusdem ecclesie Coll. Canonicus, Thomas Balderby, Joh'es Schaumbre, Walterus Halyfax, Will'ms Lane, Will'ms Water Junior, et Joh'es Maver Ebor. dioc., salutem in D'no sempiternam. Objects. Nouerit vniuersitas vestra quod nos ad laudem gloriam et honorem Sancte et indiuidue Trinitatis, gloriosissimeque Virginis beate Marie matris D'ni n'ri Ihu xpi et S'ci Wilfridi, omniumque sanctorum Dei, in Diuini cultus augmentum, et nostrorum remissionem peccatorum, ac pro salubri statu n'ro et Reuerendissimi in Xpo patris et d'ni, d'ni Henrici Bowet, permissione Diuina Ebor. Archiepiscopi, ac honorabilis et circumspecti viri Ric'i

de Norton, Capitalis Justiciarij de communi Banco d'ni n'ri Regis Angl., fratrumque (et)[1] sororum fraternitatis beati Wilfridi in eccl. Coll. Ripon' predicta fundate et ordinate ad Altare S'ci Thome Martiris in eadem ecclesia dum vixerimus et vixerint, et pro animabus nostris et suis cum ab hac luce migrauerimus et migrauerint, ac eciam animabus nostrorum et suorum antecessorum, necnon animabus Caterine quondam vxoris dicti Ric'i Norton et filiorum ac parentum suorum, omniumque aliorum fidelium defunctorum fundamus, ordinamus, et creamus, pro perpetuo et imperpetuum, vnam perpetuam cantariam vnius perpetui ydonei Capellani et suorum successorum dicte cantarie Capelleorum (*sic*) ad altare S'ci Thome predict. in ecclesia Collegie (*sic*) predict. ad honorem S'ci Wilfridi constructum diuina officia celebraturorum modo et forma in fundacione, ordinacione, donacione, concessione, et subscriptis expressatis, de spirituali licencia excellentissimi in xpo principis et d'ni n'ri d'ni Henrici nuper Regis Angl. et Francie et d'ni Hibernie quarti post conquestum anno regni sui duodecimo pro ipsa cantaria in ea parte optenta et impetrata, cuius licencie tenor sequitur in hec verba:

Guild of St. Wilfrid.

Henry IV.

1410.

Henricus, Dei gracia rex Anglie et Francie et d'ns Hibernie omnibus ad quos littere presentes peruenerint, salutem. Licet de comuni concilio regni n'ri Anglie statutum sit quod non liceat viris religiosis seu alijs ingredi feodum alicuius ita quod ad manum mortuam deueniat, sine licencia n'ra et capitalis domini de quo res illa immedietate tenetur, de gracia tamen nostra speciali et pro viginti marcis quas Magister Willelmus de Cawod, Canonicus eccl. Coll. de Ripon, Joh'es de Dene, Canonicus eiusdem ecclesie (**70 v.**) Thomas Balderby, Joh'es Chaumbr, Walterus Halifax, Will'mus Lane, Will's Water Jun', et Joh'es Maver nobis soluerunt in hanaperio nostro, concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est prefatis Will'o, Joh'i, Thome, Joh'i, Waltero, Will'o, Will'o, et

Royal Licence. Oct. 10.

Notwithstanding the statute of mortmain,

of our special grace and for 20 marks,

we have granted this licence.

[1] Not in MS.

Joh'i, quod ipsi quandam Cantariam de vno capellano diuina singulis diebus ad altare S'ci Thome Martiris in eccl. predicta in honore S'ci Wilfridi celebraturo imperpetuum iuxta ordinacionem ipsorum W. J. T. J. W. W. W. et J. in hac parte faciendam de nouo fundare, facere, ordinare, et stabilire, necnon septem mesuagia, quatuor bouatas, et triginta et nouem acras terre, vnam acram prati, et duas acras bosci cum pertinencijs in Bishopton, Grantelay, Ouerstodelay, Skelton, Thorp, Northotryngton, et Ingerthorp, que de nobis non tenentur vt dicitur, capellano cantarie predicte cum sic fundata fuerit dare et assignare possint; Habend. mesuagia, terram, pratum et boscum predicta eidem Capellano et successoribus suis Capellanis Cantarie predicte divina in ecclesia predicta ad altare predictum vt predictum est celebraturis, in auxilium sustentacionis sue in perpetuum, ac quod idem Capellanus et successores sui predicti sint persone habiles et capaces ad adquirend. et recipiend. terras, tenementa, et redditus ac alias possessiones quascumque sibi et successoribus suis predictis in auxilium sustentacionis sue predicte imperpetuum, necnon eisdem[1] Will'o, Joh'i, T. J. W. W. W. et Joh'i, quod ipsi duo mesuagia, sex acras terre, tres acras prati, et decem solidatas redditus, cum pertinencijs in Ripon que de nobis similiter non tenentur vt dicitur dare possint et assignare vicarijs ecclesie predicte habend. et percipiend. sibi et successoribus suis in auxilium sustentacionis sue ac ad quedam onera et pietatis opera iuxta ordinacionem eorundem W. J. T. J. W. W. W. et J. in hac parte facienda supportenda imperpetuum, ac prefato Capellano quod ipse septem mesuagia quatuor bouatas et triginta et nouem acras terre, vnam acram prati, et boscum predictum, necnon prefatis vicarijs quod ipsi duo mesuagia, sex acras terre et tres acras prati et redditum predictum a prefatis W. J. T. J. W. W. W. et J. recipere possint et tenere sibi et successoribus suis predictis imperpetuum sicut predictum est tenore presencium similiter licenciam

Assignacio terrarum et bosci huic cantarie huiusmodi specificatur inferius.

Habilitas et capacitas Capellani huius Cantarie.

Assignacio terrarum et redditus vicarijs chori in huius cantarie fundacione.

[1] The MS. has "eiusdem."

dedimus specialem, statuto predicto non obstante, et nolentes quod predicti W. J. T. J. W. W. W. et J. vel heredes sui aut prefati Capellanus vel vicarij seu successores sui racione statuti predicti per nos vel heredes nostros Justiciarios, Eschaetores, vicecomites aut alios balliuos seu ministros nostros vel heredum nostrorum quoscumque inde occasionentur, molestentur in aliquo, seu grauentur, saluis tamen capitalibus d'nis feodi seruicijs inde debitis et consuetis. In c. r. t. has litt. n'ras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westm. decimo die Octobris anno regni n'ri duodecimo.

Pia deuocione pro sustentacione (71) dicti perpetui Capellani et suorum successorum imperpetuum, ac supportacione et inuencione onerum subscriptorum inferius, ac ex causis antedictis rite factis et ordinatis, noueritis eciam nos de licencia prefati d'ni n'ri Regis, vt prefertur, ac consensu voluntate et assensu nostris exprissis et omnium et singulorum quorum intererat in hac parte dedisse, concessisse, assignasse, et h. p. c. n. tripartita confirmasse Deo Omnipotenti, beatissimeque Virgini Marie, ac beato Wilfrido, et d'no Ric'o Tankerd, Capellano, suisque futuris successoribus dicte cantarie Capellanis, missas et alia diuina officia imperpetuum ad altare predictum S'ci Thome in eccl. predicta Ripon' modo et forma supradictis cum infradicendis celebraturis, septem mesuagia — Ingerthorp[1] Ebor. dioc., habenda et tenenda pro perpetuo secundum seriem et tenorem carte huius facte et ordinate in hoc casu, in li. pur. et perp. el. ac pro perpetuo. Volumus eciam et ordinamus ex pia nostra deuocione et causis antedictis de consensu et voluntate exprissis omnium vt predicitur, quod prefatus d'ns Ric'us Tankerd, Capellanus, ad dictam cantariam primo per nos Will'm de Cawod, Joh'em Deen, T. J. W. W. W. et J. venerabili Capitulo eccl. Coll. Ripon Jure n'ro proprio presentetur pro ipsius capellani ad dictam perpetuam cantariam, Canonica admissione Institucione

[1] As above, p. 196.

et induccione in eadem debite facienda adimplenda et optinenda, et quod post premissa sic gesta et completa cedente[1] vel decedente dicto d'no Ric'o Capellano quocienscumque qualitercumque et quandocumque dictam cantariam futuris temporibus et vacare contigerit, quod tunc imperpetuum bene licebit capitulo eccl'ie Ripon predict. infra mensem vacacionem huiusmodi extunc prox. sequent. vnum honestum idoneumque Capellanum ad divina celebranda et alia debite administranda ad altare S'ci Thome predictum et in ecclesia Collegiata predicta ordinare et disponere. Ac sic volumus et ordinamus quod dictum capitulum Ripon' perpetuis futuris temporibus dictam cantariam cicius vni honesto et idoneo capellano. infra villam Ripon vel saltem infra parochiam eiusdem oriundo quam extra infra mensem supradictam (*sic*) libere conferat et admittat eundem capellanum ac inducat seu induci faciat canonice in cantariam predictam cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis. Et si, quod absit, dictum capitulum Ripon infra mensem et tempus predictum sibi assignatum ad conferend. modo predicto dictam cantariam necligentem fore aut remissum in non conferendo huiusmodi cantariam ydoneo capellano contingat in futurum, extunc illa vacacione,[2] propter necligenciam dicti capituli Ripon', volumus et ordinamus quod bene liceat venerabilibus viris capitulo ecclesie Cathedralis Ebor. infra vnum mensem, dictum tempus, prefato Capitulo Ripon' ad conferendum limitatum, prox. sequentem, illa vice dictam cantariam vni capellano ydoneo et honesto, vt prefertur, debite conferre, ac ipsum capellanum perpetuum induci facere in eadem, cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis, ac iuramentum suum antedictum in forma predicta recipere de eodem, alia quacumque (**71 v.**) ex tunc futura dicte Cantarie vacacione iure conferendo dictam Cantariam quociens vacare contigerit, et alia in ea parte requesita faciendo et expediendo, dicto Capitulo Ripon' in omnibus semper saluo, ac specialiter reseruato in suis robore et virtute

Collacio huius cantarie pertinet Capitulo Rypon' per mensem.

Natalis origo dicti Capellani specificatur hic inferius.

Pro necgligencia Capituli Rypon' deuoluitur ad Capitulum Eccl'ie Ebor.

[1] MS. has "sedente." [2] MS. has "vocacione."

permansuro. Volumus eciam et ordinamus quod prefatus d'ns Ricardus Tankerd, capellanus dicte cantarie, et omnes et singuli sui successores eiusdem Cantarie capellani, perpetuis futuris suis temporibus huiusmodi cantariam occupantes, pro salubri statu nostro ac Ricardi Norton Justiciarij supradicti, — defunctorum (*persons named above*) ad altare S'ci Thome predicte singulis diebus, cessante impedimento legitimo, missas debito modo, ita quod in qualibet septimana vno die missam de Requiem celebrabit et celebrabunt imperpetuum, presertim inter horas septimam et octauam super le knoll[1] vel quasi secundum disposicionem eis a Deo datam, et quod in qualibet septimana, secunda, quarta, et sexta ferijs, dicent et dicat ipsorum quilibet[2] deuote Placebo et Derige cum Commendacione ex causis antedictis, dicendo et habenda in missa spiritualiter huiusmodi pro viuis et defunctis, Deus venie largitor et humane salutis amator,[3] *etc.* Et, Deus qui caritatis,[4] *etc.* Postquam inducti fuerant canonice in cantaria predicta, nisi forte aliqua legitima causa, absque dolo tamen vel ficcione, grauius fuerint impediti seu eorum aliquis fuerit impeditus, volumus eciam quod dicti capellani Cantarie predicte omnes et singuli sint in habitu honesto et conformi vt ceteri vicarij ecclesie Collegiate Ripon' predicte, ac intersint personaliter, cessante impedimento legitimo, in choro et ecclesia Collegiata predicta tempore celebracionis diuinorum non in diebus ferialibus set singulis diebus Dominicis et festiuis, ac eciam in processionibus solempnibus tam generalibus quam spiritualibus ibidem celebrandis, dumtaxat absque onere aliquando vicarijs dicte ecclesie antiquitus iniuncto, saluis predictis pro augmentacione cultus diuini et honore eccl. Coll. antedicte, ad Dei beateque virginis Marie et S'ci Wilfridi ac omnium sanctorum laudem et honorem. Volumus

Hic nota omnes Capellani Cantarie altaris S'ci Thome per longum processum ut infra patebit.

[1] When the bell sounds.

[2] MS. has "qualibet."

[3] York Manual (Surtees Soc., 91), Missal, II, 187. For the departed members of the fraternity.

[4] Missal, II, 168. For the living members.

A full inventory to be made. eciam et ordinamus quod super libris, vestimentis, calice, et alijs ornamentis quibuscumque huius cantarie et capellano predicto assignatis per nos et collatis ac imposterum qualitercumque assignandis et conferendis, plenum et fidele fiat inuentarium indentatum, cuius vna pars penes dictum Capitulum Ripon' et altera pars penes predictum d'nm Ric'um capellanum suis sigillis sigillatum, ac penes suos successores futuros dicte Cantarie Capellanos, et tercia pars penes fratres dicte fraternitatis pro perpetuo remanebunt, ac quod ipsi capellani suis temporibus perpetuis mesuagia huiusmodi ac libros, vestimenta, calices, et ornamenta predicta, ac cetera alia ad dictam cantariam spectancia salua conseruabunt. Et quocicius in futurum opus fuerit reparabunt et omnia huiusmodi supportabunt et competenter inuenient suis proprijs sumptibus et expensis sub pena priuacionis, trina tamen ammonicione legitima prius facta per capitulum antedictum. Et de eisdem ornamentis et alijs dicto capitulo Ripon' seu suis (72) deputandis in hoc casu cum requisiti fuerint, seu ipsorum capellanorum aliquis requisitus[1] fuerit, fidelem reddent racionem. Et insuper volumus et ordinamus ac expresse proibimus sub penis infrascriptis, ne aliquis capellanus dicte Cantarie futuris temporibus de aliquibus terris, tenementis, pratis, aut boscis, rebusque alijs seu bonis ad dictam cantariam qualitercumque spectantibus, in preiudicium nostre ordinacionis huiusmodi excambium aliquid quouis quesito colore seu huiusmodi res aut bona impignoret seu alienaret[2] quoquomodo aut terras et tenementa, prata, boscos huiusmodi ad firmam vltra triennium dimittet quouismodo absque causa maxime necessaria ac certa sciencia consensu et licencia spirituali dicti Capituli Ripon' et nostrorum fratrum fraternitatis antedicte seu maioris partis eorundem seu deputatorum suorum. Et si hoc fecerit, quod absit, et conuictus fuerit per capitulum predictum in ea parte, ipse capellanus[3] huius cantarie de

Chaplain to take care of goods of chantry, and be responsible for repairs.

Not to pledge or alienate anything.

---

[1] MS. has "requisita." [2] MS. has "se alionaret." [3] MS. has "soipso Capellano."

ipsa cantaria et suis occupacione et possessione per capitulum Riponie antedicte summarie et de plano absque stripitu Judicij et figura totaliter expellatur. Insuper volumus et ordinamus quod quilibet dicte cantarie capellanus qui pro tempore fuerit faciat obitum anniuersarium imperpetuum vicesimo tercio die mensis Julij cum exequijs in vespere precedente, nisi contingat in dominica, tunc die immediate precedente vel subsequente fiat obitus antedictus pro animabus fratrum et sororum benefactorumque fraternitatis predicte et omnium fidelium defunctorum annis singulis futuris, ministris eccl. coll. supradicte exequijs huius obitus personaliter qui intersint nisi cessante causa legitima et non alijs, videlicet sex vicarijs duos solidos, sex diaconis xij denarios, thuribularijs et choristis duodecim denarios, sacriste quatuor denarios, et campanario per villam Ripon' campanam portanti et dictas exequias proclamanti duos denarios sterling premissorum occasione de bursa propria persoluit illo die exequiarum fideliter absque mora. Et quod dicte cantarie capellano qui pro tempore fuerit inueniet et sustentet imperpetuum quoddam lumen sex torchiarum portandorum (*sic*) et illuminandorum in festis Assencionis Domini, Corporis Xpi, et S'ci Wilfridi in Autumpno. Et ante corpora fratrum et sororum mortuorum die sepulture sue et in obitibus eorundem factis ad altare predictum, scilicet S'ci Thome Martiris in ecclesia supradicta. Et quinque ceriorum ibidem ante altare predictum super candelabrum illuminandorum singulis dominicis et maioribus duplicibus festis in tempore alte[1] misse, matutinarum, et vesperarum, saltem in maioribus duplicibus quousque fratres moderni fraternitatis predicte migrauerint ab ac (*sic*) luce. Pro quibus vero expensis faciendis predicto capellano et suis successoribus capellanis cantarie predicte annuus redditus tresdecim solidorum et quatuor denariorum exiens de duobus mesuagijs et quatuor bouatas (*sic*) terre in villa et territorio de Skelton, que nuper fuerunt Ric'i Ward

A yearly obit on July 23.

Payments to vicars and others,

the bellman.

A light of six torches on great feasts.

Other lights.

Rent of 13s. 4d. from land at Skelton.

[1] "Alte" repeated in the MS.

The Chaplains' oath.

de Ripon', Barker, et Johanne vxoris sue, imperpetuum conceditur et eciam[1] assignatur. Ad que premissa omnia et singula sic vt predicitur facienda, perimplenda, et ad hunc nostram ordinacionem firmiter imperpetuum obseruandam, prefatus d'ns Ric'us Capellanus ac futuri successores sui dicte cantarie capellani omnes et singuli incontinenti post ipsorum canonicam inducciouem coram dicto capitulo Ripon' seu alio quocumque conferente cantariam predictam, vt prefertur, ad sancta Dei Euangelia per ipsos capellanos et quemlibet eorundem corporaliter tacta prestabit et prestabunt iuramentum, alioquin collacio et induccio ipsius capellani in cantariam predictam (72 v.) qui in forma predicta iuramentum huiusmodi non prestiterit omni careant vigore et effectu, ac pro non capellanus dicte cantarie penitus habeatur.

If the Chapter of Ripon ever alienate the patronage it is to go to York.

Volumus ac eciam ordinamus si d'ni canonici eccl. Colleg. Ripon' vel sui successores canonici futuris temporibus, quod absit, alienent vel alienari faciant patronatum dicte cantarie quod ex tunc liciat d'nis Canonicis eccl. Cathedralis Ebor. gaudere sibi et suis successoribus canonicis imperpetuum patronatu dicte Cantarie cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis, secundum seriem et tenorem ac formam nostre ordinacionis antedicte.

If the Chaplain wilfully fails to attend to his duties for a quarter of a year, he is to be expelled, and another appointed.

Volumus eciam quod si capellanus predictus a celebracione diuinorum in locis antedictis et obseruacione nostre ordinacionis antedicte per quarterium vnius anni voluntarie et absque causa legitima se abstinuerit seu premissa non perimpleuerit, supportauerit, aut seruauerit prout superius ordinatum est, quod ex tunc, omni Juris solempnitate omissa ac sola facti viritate cognita[2] per capitulum Ripon' predictum et fratres dicte fraternitatis aut suorum deputatorum in hoc casu de dicta cantaria ad altare predictum S'ci Thome ac occupacione et eius possessione eciam merito expellatur, et alteri capellano honesto et idonio secundum formam et tenorem ordinacionis antedicte debite conferatur cantaria supradicta

[1] Always written "e'eam" in the MS.

[2] MS. has "comgnita."

cum suis iuribus antedictis. In quorum omnium testimonium atque fidem parti huius indenture siue carte penes dictum capitulum Ripon' remanenti sigilla nostra et dictorum fratrum sunt appensa. Alteri vero parti penes nos durante vita nostra et post decessum nostrum penes dictos fratres, et tercie parti penes dictum Ricardum Tankerd, capellanum, et suos futuros successores dicte cantarie capellanos remanenti sigilla dicti capituli Ripon' et nostrorum ac fratrum predictorum ac d'ni Ric'i Tankerd, capellani pro se et suis successoribus alternatim sunt appensa. Hijs testibus, d'nis Thoma de Merkyngfeld, Rogero Ward, militibus, Will'o Nesfeld, Joh'e Whixlay, Joh'e Redenes, capellano, Joh'e Elye, vicario, Joh'e Schyrburn capellano, et alijs. Dat. Ripon' xxvj die mensis Junij Anno D'ni Millesimo cccc^{mo} xix^{mo}.

(289) LITERA PRO CONUOCACIONE CANONICORUM.

1427, June 21. Form of letter.

Capitulum eccl. Collegiat. Ripon', venerabili confratri et concanonico nostro d'no H. B., prebendario prebende de T., salutem et fraternam in D'no caritatem. Quia pro vrgentibus et arduis ac indissimulatis negocijs, diuini cultus augmentum, et aliorum onerum prefate ecclesie supportacionem statumque vtilitatem seu necessitatem eiusdem concernentibus, omnes et singulos confratres et concanonicos nostros, ad diem Lune, videlicet quartumdecimum diem mensis Julij prox. futurum duximus conuocand., vos igitur attencius requirimus et rogamus, tenoreque presencium nichilominus peremptorie vos citamus quatinus dicto (die)[1] Lune vna cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium in domo nostra capitulari tempestiue nobiscum intersitis personaliter si comode poteritis, vel per vnum de confratribus nostris canonicis ipsius ecclesie qui velit et poterit tunc interesse procuratorem vestrum in hac parte super huiusmodi negocijs pro tunc ibidem exponendis, tractaturis vlteriusque facturis admissuris et recepturis quod iusticia suadebit, et comuniter et

[1] Omitted in MS.

salubriter, annuente Domino, in hoc casu fuerit ordinatum. Valeat vestra fraternitas per tempora longiora. Data in domo nostra Capitulari die saboti videlicet vicesimo primo die mensis Junij anno D'ni Mill'mo quadringentesimo vicesimo septimo, *etc.*

(290) COPIA INDUCCIONIS CANTARIE.

1432-3, Jan. 2. Nouerint vniuersi per presentes quod nos Capitulum ecclesie Collegiate beati Petri Rypon' Ebor. dioc. ad cantariam perpetuam beate Marie Virginis de Ripon' in Staynbryggate per resignacionem d'ni Rob'ti Rukeby vltimi Capellani eiusdem Cantarie vacantem, que est de patronatu Will'mi Ingylby de Ryplay, d'nm Will'm Speton, Capellanum, ad eandem cantariam legitime presentatum admisimus, ac ipsum Capellanum perpetuum instituimus canonice in eadem in forma ordinacionis eiusdem cantarie facte, ac eundem d'nm Will'm in corporalem possessionem dicte Cantarie cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis induximus in eadem. In cuius rei testimonium sigillum officij nostri presentibus est appensum. Data in domo nostra capitulari secundo die mensis Januarij Anno D'ni Mill'imo cccc^mo^ tricesimo secundo.

73. (291) COPIA INDUCCIONIS VICARIE.

1432-3, Jan. 3. Vniuersis xpi fidelibus pateat per presentes quod nos Capitulum eccl. Coll. beati Petri Ripon' Ebor. dioc. d'nm Will'm Bedale, Capellanum, ad vicariam Canonicatus prebende de Monkton in ecclesia Ripon' predict. per resignacionem d'ni Will'i Speton vltimi vicarij eiusdem vacantem et ad presentacionem Mag'ri Thome Bryan, Canonici eccl. predicte ac prebendarij prebende de Monkton in eadem, vere eiusdem vicarie patroni, canonice admisimus, ac ipsum d'nm Will'm Bedale perpetuum vicarium in forma constitucionis legati super hoc edite canonice instituimus, ipsumque in corporalem possessionem dicte vicarie induximus, cum suis iuribus et

pertinencijs vniuersis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari, tercio die mensis Januarij Anno D'ni Mill'imo cccc^{mo} tricesimo secundo.

(292) ADMISSIO NICH'I HULME, PRESBITERI, AD PREBENDAM DE SCHAROW.

Vniuersis S. M. E. filijs presentes literas inspecturis, Capitulum eccl. Coll. S'ci Wylfridi Rypon', salutem in D'no sempiternam, et fidem indubiam presentibus adhibere. Literas Reuerendi viri Mag'ri Ricardi Arnall, eccl. Cath. Ebor. subdecani, Reuerendissimi in xpo patris et d'ni, d'ni Johannis, Dei gracia Ebor. archiepiscopi, Anglie Primatis, et Apostolice sedis, legati, vicarii in spiritualibus generalis nobis nuper directas recipimus in hec verba. 1433, Sept. 25. Abp. Kempe

Ric'us Arnall, eccl. Cath. Ebor. Subdecanus, Reu^{mi} in xpo patris et d'ni, d'ni Johannis (*etc., as above*) vicarius in spiritualibus generalis, dilectis nobis in xpo Capitulo eccl. Coll. beati Wylfridi Ripon', salutem in auctore salutis. Quia venerabilis in xpo pater et d'ns, d'ns Thomas, Dei gra. Dunolm. Ep'us dilecto nobis in xpo d'no Nich'o Hulme, presbitero, Canonicatum in ecclesia collegiata predicta et prebendam de Scharow in eadem per resignacionem Magistri Joh'is Soulby vltimi canonici et prebendarij eorundem ex causa permutacionis facte cum canonicatu et prebenda vnius prebendarum in eccl. de Norton ac Hospitali beate Marie de Gretham Dunolm. dioc. que prefatus d'ns Nich'us primitus optinuit vacantia[1] et ad collacionem prefati Reueren^{mi} patris pleno iure spectantia, vice et auctoritate eiusdem Reu^{mi} patris contulit, et ipsum inuestiuit canonice de eisdem, Vobis mandamus quatinus prefatum d'nm Nich'm vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem dictorum Canonicatus et prebende inducatis inducive faciatis, cum suis iuribus et pertin. vniuersis, stallum in 1433, Sept. 9. Bp. Langley.

[1] MS. has "vocant'."

choro et locum in capitulo eisdem canonicatui et prebende ab antiquo debita et assignari consueta, eidem d'no Nich'o vel procuratori suo debite assignantes. Dat. Ebor. decimo nono die mensis Septembr. Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} tricesimo tercio.

1433, Sept. 20. Quarum quidem literarum reuerendarum auctoritate, nos capitulum eccl. S'ci Wilfridi predictum, prefatum d'nm Nich'm Hulme in personam discreti viri domini Rob'ti Sotheron, presbiteri, procuratoris sui suffecientem in hac parte potestatem habentis, vicesimo die mensis predicte, Anno D'ni supradicto, in corporalem possessionem dictorum canonicatus et prebende de Scharrow in ecclesia colligiata predicta induximus cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis, ac stallum in choro et locum in capitulo eisdem canonicatui et prebende ab antiquo debita et assignari consueta, assignauimus vt est moris. Que omnia et singula vniuersitati vestre predicte tenore presencium intimamus, quibus sigillum nostrum apponi fecimus in fidem et testimonium premissorum. Dat. in domo nostra capitulari de Ripon' quoad consignacionem 1433, Sept. 25. presencium, vicesimo quinto die mensis Anno D'ni supradicto.

(293) (Certificate of Induction of Will. Bedale to Chantry of St. Andrew).

1433, Sept. 24. Vniuersis S. M. E. filijs presentes literas inspecturis. Capitulum eccl. coll. S'ci Wilfridi Riponie, Ebor. dioc., salutem in auctore salutis. Nouerit vniuersitas vestra quod nos cantariam S'ci Andree Apostoli in ecclesia nostra predicta per mortem d'ni Johannis Weston, vltimi capellani eiusdem, vacantem et ad nostram collacionem hac vice iure nobis deuoluto per lapsum temporis vacacionis eiusdem cantarie notorie spectantem, cum omnibus fructibus redditibus et prouentibus ad predictam cantariam pertinentibus, dilecto nobis in xpo d'no Will'mo Bedale, Capellano, contulimus intuitu caritatis, ipsumque d'nm Will'm in corporalem possessionem eiusdem cantarie

per commissarium nostrum ad hoc specialiter deputatum induci fecimus suo perpetuo optinend.[1] ita quod deseruiat tam in altari predicte cantarie quam choro ecclesie predicte secundum formam ordinacionis siue aumentacionis cantarie predicte. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari Ripon', vicesimo quarto die mensis Septembr. Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} tricesimo tercio.

73 v. (294) (Admission to a Canonry and Prebend).

Capitulum eccl. coll. beati Wilfr. Rip. honorabili viro magistro Simoni Alcok, sacre pagine professori, salutem in sinceris amplexibus Saluatoris. Ad canonicatum eccl. nostre Ripon' et ad prebendam de Staynewygges in eadem per mortem d'ni Joh'is Dene vltimi canonici et prebendarij eorundem vacantes, et sibi per reuerendissimum in xpo patrem et d'nm dominum Joh'em Dei gra. Ebor. archiep'm, Anglie primatem, et apostolice sedis legatum collatos, te in personam Magistri Johannis Marchall, clerici, procuratoris tui sufficientem a te in hac parte potestatem habentis, admittimus, teque dicte ecclesie collegiate recipimus in canonicum et confratrem, assignantes tibi ac dicto procuratori tuo tuo nomine, stallum in choro et locum in capitulo dicte ecclesie collegiate dictis canonicatui et prebende ab antiquo pertinentia; decernimus eciam te et dictum procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem dicte prebende cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis per d'nm Johannem Schirburne Camerarium ecclesie collegiate predicte fore actualiter inducend., Juribus, libertatibus, et consuetudinibus nostris et eccl. collegiate predicte in omnibus semper saluis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari j^{o} die mensis Julij, Anno D'ni Mill'io cccc^{mo} tricesimo quinto.

1435, July 1.

Abp. Kempe.

[1] Something must have been omitted here.

(295) (The Executors of John Norton take possession of the profits of the prebend of Givendale).

1435-6, Feb. 6. Item sexto die mensis Februarij Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} tricesimo quinto, discreti viri Ric. Norton et d'ns Joh'es Shirburn, capellanus, executores testamenti venerabilis viri Mag'ri Joh'is Norton, nuper canonici Ecclesie collegiate beati Petri Ripon', ac prebendarij prebende de Gyvendale in eadem, defuncti, infra decem dies a tempore migracionis dicti Mag'ri Joh'is ab hac luce continue numerandos vt asseruerunt notorie existentes, iuxta et secundum vim formam, ac omnem et omnimodum effectum Capituli *Suscepti regiminis*[1] editi in hoc casu, omnibusque vijs et modis melioribus quibus potuerunt et debuerunt de iure, priuilegio, consuetudine, vel statuto dicte ecclesie Collegiate Ripon', nomine executoris dicti mag'ri Joh'is defuncti, et pro ipso optarunt et elegerunt fructus et prouentus dicte prebende de Gyvendale cum suis iuribus et pertin. vniuersis. Et insuper protestabantur executores predicti palam, publice, et expresse, se velle et paratos esse debere opcionem et eleccionem suas huiusmodi cuicumque futuro dicte prebende prebendario intimare et notificare pro loco et tempore oportunis. Acta fuerunt hec in domo capitulari dicte eccl. Collegiate Ripon' die et anno supradictis, presentibus hijs testibus, d'no Joh'e Frankysh, d'no Roberto Percyuall, et alijs.

(296) (Will of Robert Allerton, Canon of Ripon and of Lincoln).

1436, Feb. 20. In Dei nomine, Amen. Vicesimo die Februarij Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} xxxvj^{to}, Ego Robertus Allerton, sane memorie mee, videns quamplurima indies et subita mortis pericula eminere, et que de terra orta sunt ad vltimum in terram conuertentur, ob anime mee salutem et gaudium celeste ampliandum in futuro seculo, affectans

[1] One of the *Extravagantes*, relating to the disposal of the proceeds of vacant benefices. *Ripon Chapter Acts*, 260*n*., and see above, p. 189, note 2.

terrena in spiritualia commutare pro eternis, condo testamentum meum in hunc modum. In primis, commendo animam meam Deo Omnipotenti ad cuius ymaginem condita existit et creata, corpusque meum in cancello ecclesie mee parochialis de Amotesham[1] ecclesiastice tradendum sepulture. Item lego summo altari ob redempcionem anime mee, parentumque (et)[2] benefactorum meorum in perpetuam rei memoriam, vnum vestimentum album de damaske. Item lego fabrice ecclesie predicte, xxs. Item lego cuilibet capellano ad exequias et missam ibidem pro me existenti, xijd. Item lego cuilibet clerico ad dictam missam et ad exequias existenti, iijd., et cuilibet in choro existenti, ijd. Item lego pulsatoribus campanarum ibidem, xijd. Item lego C. s. distribuend. per executores meos pauperibus infra parochiam meam de Amotesham. Item lego ad emendacionem viarum inter Amotesham et Chalfhunt,[3] xxs. Item lego Abbati et conventui de Miserenden[4] pro obitu meo ibidem faciendo in mense post sepulturam meam, xxvjs. viijd. Item Decano siue custodi, Canonicis, vicarijs, et alijs ministris Collegij S'ci Georgi infra Castrum de Wyndsoure xls. Item lego vicario et capellanis ecclesie beate Marie de Cropredy[5] pro exequijs et missis ibidem pro me faciendis, xs. Item lego C. s. distribuend. in predicta parochia inter pauperes pro anima mea. Item lego canonicis, vicarijs, et alijs ministris collegij S'ci Petri de Ripon ibidem celebrantibus exequias pro salute anime mee, xxs. Item lego C. s. distribuend. inter pauperes infra parochiam predictam pro salute anime mee. Item lego Abbatisse et Conuentui de Minores extra portam London[6] pro exequijs pro me ibidem celebrandis, xxs. (74) Item lego pro exequijs in ecclesia

The Minoresses or Nuns of St. Clare.

[1] Amersham, Bucks. [2] Not in MS.

[3] Chalfont St. Giles' and Chalfont St. Peter's, now on the main road by Uxbridge to London.

[4] Written with a long S looped in front for -ser. The Benedictine Abbey of Missenden, Bucks.

[5] In the north end of Oxfordshire.

[6] Aldgate.

de Allerton (*sic*)[1] in Shirwode celebrandis pro salute anime mee, parentum ac benefactorum meorum, necnon ad distribuend. inter pauperes ibidem, xijs. Item lego pro emendacione cuiusdam fenestre in ecclesia predicta in Capella beate Marie ibidem et remocione ymaginis beate Marie ibidem ad cornu altaris,[2] xiijs. iiijd. Item lego Roberto Flemyng j peciam deauratam, iij bolles de argento, ij Selers de argento, et xij noua Cocliaria de Argento. Item lego ad dictum altare beate Marie vnum vestimentum album cum calice. Item lego pro obitu annuatim, durante termino triginta annorum, pro salute anime mee, parentum ac benefactorum meorum ibidem continuando, lxs. viijd. Item lego Thome Emlay de Allerton (*sic*), xiijs. iiijd. Item lego vxori predicti Roberti Flemyng j peciam cum coopertura de argento, j boxe de argento pro specijs, j forcelett cum pereles[3] et alijs necessarijs infra. Item cuilibet puero dicti Rob'ti Flemyng, xxs. Item lego xpoforo Maynyngham seruienti meo, j peciam de argento, j murram,[4] vj coclearia argentea, vnum equum, et C. s. Item lego d'no Rogero Marshall, capellano, j portws[5] et xls. Item lego Rob'to Norton xls., et relaxo eidem Roberto alios xls. quos ipse michi debebat ex prestito. Item lego Petro Coco meo in regardo vltra salariam suam, xxvjs. viijd. Item lego Will'mo Philipp seruienti meo ad inueniendum eum ad scolas, xls. Item lego Will'mo at Wodd ad iueniendum ipsum ad scolas vltra denarios pro eo receptos, xxs. Item lego Ric'o Collis si continuauerit in seruicio meo vsque ad obitum meum, vjs. viijd. vltra salariam suam. Item lego Margarete Alwodd de Pontefracto xxs. Item lego xliiij li. pro Capellano ad celebrand. in ecclesia be. Marie de Amotesham in principalibus festis et alijs temporibus ad exercendum studium in vniuersitate Oxonie per visum

Salt-salers or -cellars.

Amersham.

[1] Ollerton, a chapelry in the parish of Edwinstowe, must be meant.

[2] Brackets for images still remain in the east walls of some churches.

[3] A little "forcer" or coffer with pearls.

[4] A cup made of mazer or spotted maple.

[5] A porthors or breviary.

et ordinacionem Ric'i Blyth vicarie (*sic*) ecclesie de Cropredye et Rob'ti Flemyng ad dicend. specialem collectam in missa sua et qualibet septimana semel missam de Requiem pro defunctis et quolibet die anni exequias mortuorum, exceptis principalibus et duplicibus festis, duraturas vsque ad finem septem annorum. Item lego Elizabeth Harwod, moniali in lez Menures,[1] xxs. Huius autem testamenti mei ad exequendum voluntatem meam ac perficiendum, facio, ordino, et constituo d'nm Will'm Brwster, Clericum officiorum d'ñi Regis, Canonicum et confratrem meum in ecclesia Lincoln., Robertum Flemyng de Wakefeld in comitatu Ebor., cognatum meum, Ricardum Blith, vicarium perpetuum in ecclesia prebendali de Cropredye,[2] Mag'rum Will'm Burton vicarium perpetuum de Chesham Wolborne,[3] et Xpoforum Manyngham seruientem meum executores meos ad omnia premissa exequenda et perficienda. Residuum vero omnium honorum meorum non legatorum, expensis meis funeralibus deductis, volo quod dicti executores disponant prout melius videbitur eis expedire pro salute anime mee Deo placere. In cuius rei testimonium huic testamento meo presenti sigillum meum apposui. Dat. die et anno supradictis.

(297) ADMISSIO REUERENDI VIRI MAG'RI RIC'I MORTON AD PREBENDAM DE STAYNWYGGES.

Capitulum eccl. coll. beati Petri Ripon' honorabili viro mag'ro Ric'o Morton Clerico, salutem in omnium saluatore. Ad Canonicatum ecclesie nostre Ripon' et prebendam de Stanewygges in eadem vacantem et tibi per Reuerendissimum in xpo patrem et d'nm, dominum Johannem Dei gra. Ebor. Archiep'm, Angl. primatem, et Ap'lice sedis legatum collat. te admittimus, teque in canonicum et confratrem dicte ecclesie nostre colleg. recipimus, assignantes tibi stallum in Choro et locum in

1436, Sept. 9.

Abp. Kempe.

[1] The Minories, so called from the Minoresses; see above, p. 209.

[2] The prebend held by the testator in Lincoln.

[3] Chesham in Bucks, formerly called Chesham Owborne, alias Woburne.

Capitulo dicte ecclesie Collegiate dictis Canonicatui et prebende pertinentia ab antiquo decernimus, eciam te in corporalem possessionem dicte prebende cum suis iuribus et pertinencijs uniuersis per dilectum confratrem nostrum dominum Henricum Bowet, Canonicum eccl. Coll. predicte, et prebendarium prebende de Thorp in eadem fore actualiter inducendum, Juribus, libertatibus, et consuetudinibus nostris et ecclesie nostre Coll. predicte in omnibus semper saluis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari, nono die mensis Septembr. Anno D'ni mill'mo cccc^mo^ tricesimo sexto.

(298) APPOINTMENT OF SUB-TREASURER.

1437. Oct. 29. Omnibus xpi fidelibus ad quos presentes litere peruenerint, Nos, Thomas Bryan, Canonicus eccl. Coll. S'ci Wilfridi Ripon' ac residenciarius et thesaurarius eiusdem, salutem in omnium Saluatore. Attendentes grata et laudabilia obsequia que dilectus nobis d'ns Joh'es Frankys, Capellanus, nobis et eccl. Coll. predicte ante hec tempora gratanter exhibuit, sperantesque quod ipse in nostris et dicte eccl. nostre agendis sue affeccionis et beneuolencie puritatem et industriam continuabit successiuis actibus in futurum, volentes ipsum munere prosequi graciose, concessimus eidem d'no Joh'i officium Subthesaurarie Collegiate predicte, habend. et tenend. eidem d'no Joh'i officium predictum quamdiu vixerit, cum omnibus suis feodis, commoditatibus et proficuis vniuersis eidem officio pertinentibus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum apposuimus. Dat. xxix die Octobris Anno D'ni Mill'mo cccc^mo^ xxxvij^o^.

74 v. (299) PENSIO D'NI ROB'TI ABYRWYKE.

1436. Sept. 26. Vniuersis sancte matris ecclesie filijs presentes literas inspecturis, Nos, capitulum ecclesie collegiate Ripon', salutem in eo quem peperit vterus virginalis. Vniuersitati vestre tenore presencium intimamus quod cum iam pridem d'ns Robertus Abberwyk, vicarius in

choro ecclesie nostre collegiate predicte, volens et cupiens ex certis causis iustis et legitimis ipsum in ea parte mouentibus ab onere et cura ipsius vicarie exui et exonerari, eandem vicariam in manus nostras pure, sponte, simpliciter, et absolute resignauit. Quam quidem resignacionem sic factam dimisimus. Et subsequenter dilectum nobis in xpo d'nm Hugonem Pyamoure, presbiterum, ad dictam vicariam per venerabilem confratrem nostrum d'nm Nich'm Holme Canonicum eccl. nostre Coll. nostre predicte ac prebendarium prebende de Sharrowe in eadem, eiusdem vicarie patronum, nobis presentatum admisimus ad eandem, ipsumque canonice instituimus in eadem et induci fecimus cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis. Et depost prefatus d'ns Hugo in plena possessione dicte vicarie notorie constitutus, de consensu et assensu expressis d'ni Nich'i patroni sui predicti, prout nobis clare constabat, se vicariam suam predictam ac fructus, redditus, et prouentus eiusdem omnes et singulos nostris ordinacioni disposicioni et decreto pure, sponte, simpliciter, et absolute submisit; nosque submissionem huiusmodi acceptantes, et ad statum dicti d'ni Rob'ti, qui in diebus suis non modicum processit, nullumque iam obtinet beneficium ecclesiasticum seu patrimonium vnde de cetero viuere vel alimentari valeat, oculum reuoluentes ne idem d'ns Robertus in obprobrium ordinis clericalis nimia paupertate egere cogatur; Comparentibus coram nobis prefatis d'nis Hugone et Roberto, vocatisque in ea parte vocandis ad ordinacionem certe porcionis de fructibus dicte vicarie prefato d'no Roberto quoad uixerit ministrandis processimus et procedimus in hunc modum, xpi nomine inuocato, Nos capitulum predictum, ex causis per nos superius declaratis, et alijs legitimis nos mouentibus, ordinamus et decernimus et declaramus quod prefatus d'ns Rob'tus annuam pensionem quadraginta solidorum de dicta vicaria ac fructibus, redditibus et prouentibus eiusdem percipiat et habeat ad totam vitam suam; Soluendo sibi aut suo procuratori vel certo attornato in

eccl. coll. predicta per manus Camerarij eiusdem ecclesie qui pro tempore fuerit ad quatuor anni terminos, videlicet S'ci Thome Apostoli ante Natale D'ni, Concepcionis beate Marie virginis, Natiuitatis beati Joh'is Baptiste, et S'ci Michaelis Archangeli per equales porciones ; Primo vero termino solucionis incipiente in dicto festo S'ci Thome prox. futuro post datam presencium. Quam quidem pensionem de fructibus, redditibus, et prouentibus eiusdem vicarie predictis loco et terminis ad totam vitam predicti d'ni Rob'ti annuatim vt prefertur fideliter persoluendam prefato d'no Hugoni vicario vicarie predicte et successoribus suis qui pro tempore fuerint in eadem, vigore et virtute submissionis predicte ac presentis ordinacionis nostre, quantum de iure possumus, imponimus cum effectu, ac eundem d'nm Hugonem et successores suos de dicta pensione modo quo premittitur persoluenda efficaciter oneramus ; Ipsumque et ipsos tenore presencium monemus primo secundo et tercio ac peremptorie, cum pietas suadeat et premissorum qualitas id exposcat, vt hanc nostram ordinacionem et singula contenta in eadem, quatenus eum et eos concernunt, proficiant, impleant, et obseruent sub pena excommunicacionis quam extunc prout extunc et extunc prout extunc, canonica monicione premissa in eum et eos ac quemlibet eorundem singulariter et singulos si huiusmodi nostre ordinacione non paruerit seu paruerint proferimus in hijs scriptis. Sequestrum eciam nostrum in fructibus redditibus et prouentibus dicte vicarie exnunc imponimus si dictus d'ns Hugo vicarius modernus seu successores sui in dicta vicaria vel eorum aliquis dictis loco et terminis vel eorum aliquo in solucione dicte pensionis in parte vel in toto defecerit vel defecerint quoquomodo, canonica monicione semper premissa, vt prefertur. Volumus eciam et ordinamus quod predictus d'ns Hugo vicarius modernus et quilibet eius successor in vicaria predicta in futur' in eorum primaria admissione iuret, tactis sacrosanctis Dei euangelijs quod soluet[1] dictam annuam pensionem, modo,

[1] The "t" is followed by the usual mark for "is," as if for "soluetis."

forma, et terminis prenotatis, videlicet durante vita Roberti predicti. In quorum omnium testimonium atque fidem, sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari xxvj'° die mensis Septembris, Anno D'ni mill'mo cccc^mo^ xxxvj^to^.

75. (300) (Grant of oblacions, etc., of Our Lady Kirk).

Omnibus xpi fidelibus ad quos hoc presens scriptum indentatum peruenerit, Capitulum ecclesie Collegiate beati Petri Ripon' Ebor. dioc. salutem in D'no sempiternam et fidem indubiam presentibus adhibere. Noueritis nos ad honorem Dei et gloriosissime (matris)[1] sue Marie Virginis intemerate vnacum consensu et voluntate nostris, dedisse, concessisse, et hoc presenti scripto nostro pro nobis et successoribus nostris confirmasse d'no Joh'i Arnclyff, Capellano Cantarie dicte gloriosissime Virginis Marie in Capella nostra vulgariter dicta Oure lady kyrk in Stanebriggate ville Ripon' fundata ac in et de parochia Ripon' existente diuina in eadem celebranti omnes et omnimodas oblaciones in dicta capella siue ecclesia post datam presencium ex donacione fidelium offerandas ac alia quecumque emolumenta et commoda ex donacionibus inter viuos sine ex voluntatibus vltimis decedencium dicte Capelle sine eccl'ie imposterum donandis, legandis, relinquendis, sine assignandis; habend. et percipiend. dicto d'no Joh'i Arnclyff Capellano a tempore date presencium vsque ad terminum vite sue, Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris ad festum Natalis D'ni vnum denarium argenti ac vnam Rosam in festo Natiuitatis S'ci Joh'is Baptiste, prout in quadam Indentura super custodia, ministracione, et occupacione dicte Capelle nostre plenius continetur, cuius dat. est quintodesimo die Februarij, Anno D'ni Millesimo ccccxxxvij^mo^. Prouiso omnino quod dictus d'ns Joh'es omnia et singula commoda et emolumenta in dicta Capella siue ecclesia de cetero prouentura ad sustentacionem et reparacionem ipsius

1461, Dec. 28. The Chapter give to the Chaplain

Vna pars Indenture remanct in Thesauraria.

Our Lady Kirk.

all oblations, etc.,

for a rent of a silver penny at Christmas and a rose on Nativ. S.J.B.

1437-8, Feb. 15.

He is to maintain the chapel.

[1] Omitted in the MS.

Capelle siue ecclesie et ornamentorum ac Capellanorum diuina ibidem celebrancium, necnon aliorum necessariorum eiusdem dicto annuo redditu vnius denarij dumtaxat ac rosa predicta exceptis per superuisum senioris Canonici Residenciarij ecclesie Collegiate predicte pro tempore existente, cui inde racionem semel in quolibet anno termini predicti quando ad eo requisitus fuerit reddere teneatur fideliter et integre, applicet et conuertat. Et prouiso eciam quod si prefatus Joh'es Arnclyff aliqua commoda aut emolumenta dicte capelle siue ecclesie imposterum prouentura alienauerit vel ad aliquem alium vsum preter vt prefertur ad sustentacionem et reparacionem predicte Capelle siue ecclesie, ornamentorum, Capellanorum, et aliorum necessariorum eiusdem, tunc hoc presens scriptum nostre concessionis nullius vigoris existat. In c. r. t. tam sigillum commune ecclesie Collegiate antedicte quam sigillum dicti d'ni Joh'is Arnclyff Capellani alternatim presentibus sunt appensa. Dat. vicesimo octauo die Decembr., Anno D'ni Mill'mo quadringentesimo sexagesimo primo.

alienating nothing, 1461,

(301) LICENCIA CONCESSA JOH'I CARTER DE RIPON' PER PREBENDARIUM DE THORP AD EDIFICAND. DUAS DOMOS SUPRA MURUM GARDINI DICTI PREBENDARIJ.

1461, Dec. 26.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Sendale, canonicus eccl. Coll. beati Wilfridi Ripon' ac prebendarius prebende de Thorp in eadem, concessi et h. p. c. m. conf. pro me et successoribus meis, quantum in me est, Johanni Carter de Ripon' predicta, et assignatis suis, licenciam construendi et edificandi quamdam domum inter aquam de Skell et gardinum prebende mee predicte, ac eciam vnam porcoriam ibidem in et de fundo meo dicte mee prebende pertinente, supra murum lapideum predicti gardini mei; Ita quod nec ego dictus Joh. Sendale nec successores mei dictum Joh'em Carter vel assignatos suos pro huiusmodi construccione aut aque stillacione de domibus predictis super solum prebende mee predicte inquietare, vexare, seu implacitare debeo seu debeant in

Est directe contra statutum ecclesie

futurum; Reddendo proinde idem Joh'es Carter et assignati sui michi Johanni Sendale, prebendario predicto et successoribus meis, vnum denarium et vnam Rosam rubeam in festo Nativitatis S'ci Joh'is Baptiste annuatim in perpetuum, si petantur. In c. r. t. sig. m. presentibus est appensum. Dat. apud Ripon' xxvj° die mensis Decembr. anno regni regis Edwardi quarti primo.

75 v. (302) ACQUIETANCIA DENARIORUM RECEPTORUM PRO CAPA PRECIOSA.

Nouerint vniuersi per presentes quod nos Capitulum eccl. Coll. Sanctorum Petri et Wilfridi Ripon' recepimus de Magistro Joh'e Pakenham, confratre nostro, prebendario prebende de Sharrow in eccl. collegiata predicta, decem marcas monete Anglicane nomine cape et pro capa sua preciosa nobis et eccl. nostre predicte notorie debita de consuetudine laudabili eiusdem ecclesie et statuto. In c. r. t. sig. nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari, vicesimo sexto die mensis Maij, anno D'ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo. 1468. May 26. Cope-money

(303) ALIA ACQUIETANCIA DENARIORUM RECEPTORUM PRO CONSIMILI CAPA PRECIOSA.

Nouerint . . de venerabili viro Mag'ro Will'o Pottman, executore testamenti bone memorie Magistri Joh'is Sendale, confratris nostri dum vixit, et prebendarij prebende de Thorp in eccl. predicta, decem libras monete Anglicane . . . In c. r. t. . . . Dat. secundo die mensis Augusti, Anno D'ni mcccc lxviij^to^ (*Form as in No.* 302). 1468, Aug. 2. Cope-money

(304) COLLACIO CANTARIE AD ALTARE S'CI JACOBI.

Vniuersis S. M. E. filijs ad quos presentes littere peruenerint, Nos Capitulum eccl. Coll. beati Petri Ripon', Ebor. dioc., sa. in d'no sempiternam. Cantariam perpetuam ad altare S'ci Jacobi in eccl. Coll. predicta fundatam per mortem d'ni Rob'ti Chaumbre vltimi possessoris eiusdem vacantem et ad nostram collacionem 1468, Sept. 16.

ex fundacione ipsius cantarie pleno iure spectantem, dilecto nobis in xpo d'no Rob'to Sherupp presbitero, suis exigentibus meritis et virtute conferrimus intuitu caritatis, Ipsumque Rob'tum Sherupp ad Cantariam predictam admittimus. Et instituimus ac presencialiter inuestimus in eadem, necnon et induci fecimus in eadem, cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis. In c. r. t. sig. nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari, sextodecimo die mensis Septembr. Anno D'ni Mill'io ccccIxviij°.

(305) INDUCCIO D'NI ROB'TI CASTELLFORTH AD VICARIAM PREBENDE DE STODELAY.

1468, Sept. 16. Vniuersis Xpi fidelibus pateat per presentes quod nos Capitulum eccl. Coll. beati Petri Ripon', Ebor. dioc., d'nm Rob'm Castelforth, presbiterum, ad vicariam Canonicatus prebende de Stodelay in eccl. Coll. predicta, per resignacionem d'ni Rob'ti Sherupp capellani, vltimi possessoris eiusdem vacantem, et ad presentacionem Magistri Fulconis Bermyngeham Canonici eccl. Coll. predicte et prebendarij dicte prebende de Stodelay in eadem, veri eiusdem vicarie patroni, canonice admisimus, ac ipsum Rob'tum Castelford perpetuum vicarium in forma ordinacionis super admissione vicariorum dicte ecclesie edita et vsitata, ac eciam in forma constitucionis legatini super hoc edita canonice instituimus, ipsumque in corporalem possessionem dicte vicarie induximus, cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis. In c. r. t. sig. nostrum presentibus est appensum. Dat. in do. n. Cap. sextodecimo die mensis Septembr. Anno D'ni Mill'io ccccIxviij°.

(306) INSTITUCIO JOH'IS SHYRBURN AD CANTARIAM ASSUMPCIONIS BEATE MARIE.

1468-9, Feb. 16. Vniuersis Sancte matris ecclesie filijs ad quos presentes litere peruenerint, Nos, capitulum eccl. Coll. beatorum Petri et Wilfridi Ripon' Ebor. dioc., salutem[1] in D'no

[1] "Sal'tm" repeated in MS.

sempiternam. Cantariam perpetuam ad altare Assumpcionis beate Marie Virginis in eadem ecclesia fundatam per mortem d'ni Thome Hawke vltimi possessoris eiusdem vacantem ad collacionem nostram pleno iure et ad denominacionem Mag'ri Joh'is Pakkenham prebendarij prebende de Sharrowe in dicta ecclesia et Canonici Residenciarij in eadem hac vice spectantem dilecto nobis in Xpo d'no Joh'i Shyrburn presbitero conferimus intuitu caritatis, ipsumque dominum Joh'em Shyrburn ad Cantariam predictam admittimus et instituimus ac presencialiter inuestimus, necnon et induci fecimus in eadem cum suis iuribus et pertin. vniuersis. In c. r. t. sig. n. pres. est appensum. Dat. sextodecimo die mensis Februarij Anno D'ni Mill'io ccccl xviij°.

In cuius collacione institucione et inducione prefatus d'ns Joh'es Shyrburn juratus est ad omnia et singula ordinaciones et onera in composicione eiusdem cantarie contentis.

76. (307) PROTESTACIO M. JOH'NIS SENDALE, PREBENDARIJ DE THORP, SUPER RESIDENCIA IN ECCLESIA RIPON' FIENDA. 1459, incipiente Mar. 25.

In Dei, *etc.* (*an exact duplicate of No.* 3, *of same date*).

(308) TESTIMONIALE CAPITULI DICTE ECCLESIE SUPER DICTA RESIDENCIA PLENE FACTA.

Vniuersis S. M. E. filijs pres. litteras inspecturis. 1459-60. Feb. 11.
Capitulum eccl. Coll. beati Petri alias dicte S'ci Wilfridi Ripon', salutem in Domino sempiternam et fidem indubiam presentibus adhibere. Nouerit vniuersitas vestra quod cum venerabilis confrater noster Magister Joh'es Sendale, Canonicus eccl. Coll. predicte, ac prebendarius prebende de Thorp in eadem residenciam suam canonicalem in eadem eccl. Coll. die Lune, videlicet decimonono die mensis Nouembris vltimo preterito, facta primitus per ipsum in scriptis ac personaliter et in debita forma iuxta consuetudinem et statuta eccl. predicte protestacione in ea parte consueta, inceperit et inchoauerit, ac per tres

menses continuos, ad Dei laudem et honorem dicte ecclesie, laudabiliter et honorifice secundum consuetudinem et statuta ipsius ecclesie continuauerit, necnon die Lune, videlicet vndecimo die instantis mensis Februarij residenciam suam huiusmodi plenarie compleuerit et consummauerit, vnde nos Capitulum predictum, informacionibus, examinacionibus, et ceteris circumstanciis super dicta Residencia per nos captis, admissis, et in forma consueta discussis, aliquali deliberacione in ea parte prehabita, eandem Residenciam dicti confratris nostri sicut premittitur inceptam et continuatam ac rite fuisse et esse completam et consummatam iuxta ipsius ecclesie consuetudines et statuta, approbamus, ratificamus, pronunciamus, decernimus, et declaramus; Decernentes prefato confratri nostro de cetero faciendum fore et fieri debere prout et sicut canonico et Residenciario in ecclesia predicta fieri solitum est et consuetum. In quorum premissorum testimonium atque fidem has nostras literas prefato Mag'ro Joh'i Sendale confratri nostro antedicto fieri fecimus testimoniales, sigillo nostro sigillatas. Dat. in domo Capitulari eccl. Coll. predicte, dicto vndecimo die mensis Februarij, Anno D'ni Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo nono.

(309) AUCTORITAS PURIFICANDI MULIEREM IN CAPELLA FORINSECA.

1470, Aug. 19. Capitulum ecclesie Collegiate beati Petri Ripon' dilecto nobis in xpo confratri Thome Day, Monasterij Sancte Marie de Fontibus, monocho, (*sic*) salutem. Vt Agnetem vxorem Will'i Burton de Ingerthorp, gentielman, parochianam prebende de Thorp in ecclesia Collegiata nostra predicta post partum prolis ecclesiam aggredi volentem, in Capella S'ci Michaelis Archangeli in monte situata, recipere eidemque sacramenta et sacramentalia ministrare valeas, hac vice tantum vices nostras, auctoritatem licenciam et plenariam potestatem nostram tenore presencium tibi concedimus specialem, Jure, iurisdiccione, libertate, priuilegio, et consuetudinibus nostris et matricis

ecclesie Ripon' predicte in omnibus semper saluis. Dat. in domo nostra capitulari Ripon' predicte sub sigillo Commissarij dicti Capituli nostri nonodecimo die mensis Augusti Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} Septuagesimo.

76 v. (310) COMMISSIO AD INSTALLANDUM M. JOH'EM SENDALE IN PREBENDAM DE THORP.

Will'ms perm. diu. Archiep. Ebor. Angl. primas et Ap'lice sedis legatus, dil. in Xpo filijs Cap'lo Eccl. Coll. nostre Ripon' sa. gra. et ben. Quia nos dil. in Xpo filio M'ro Joh'i Sendale, Registrario nostro, Canonicatum in eccl. nostra Colleg. Ripon' predicta et prebendam de Thorpe in eadem per munus consecracionis venerabilis patris d'ni Georgij Dei gra. Exoniensis episcopi, vltimi canonici et prebendarij eorundem vacantes et ad nostram collacionem pleno iure spectantes contulimus intuitu caritatis, ipsumque canonicum et prebendarium dictorum canonicatus et prebende per birreti nostri tradiscionem instituimus et inuestituimus presencialiter in et de eisdem ; Vobis mandamus quatinus prefatum M'rum Joh'em Sendale vel procuratorem suum quemcumque nomine suo in corporalem dictorum Canonicatus et prebende possessionem iuriumque (et)[1] pertinencium suorum vniuersorum realiter inducatis seu induci faciatis ; stallum in choro et locum in Capitulo eisdem canonicatui et prebende ab antiquo debitis eidem M'ro Joh'i seu eius procuratori huiusmodi assignando. Dat. sub sigillo nostro in manerio nostro Suthwell, octauo die mensis Decembris A^{o} D^{i} M^{mo} cccc l octauo, nostrarumque consecracionis anno duodecimo, et translacionis septimo. 1458, Dec. 8. Abp. W. Booth. Bp. George Nevile.

Presens mandatum exhibuit d'ns Thomas Hawke, capellanus, in domo Capitulari eccl. coll. beati Wilfridi Ripon', duodecimo die mensis Decembris, Anno Do^{i} mill'mo cccc lviij^{o}, vna cum sufficiente procuratorio sibi ad recipiend. et optinend. inducionem et possessionem predictorum Canonicatus et prebende per dictum reuerendum virum M'rum Joh'em Sendall facto et tradito. Dec. 12.

[1] Omitted in MS., but contained in No. 314 and other mandates.

(311) ADMISSIO M'RI JOH'IS SENDALE AD PREBENDAM DE THORP.

1458, Dec. 12. Capitulum eccl. Coll. b'ti Wilfridi Ripon', venerabili viro Magistro Joh'i Sendall, sa. in auctore salutis. Ad Canonicatum et prebendam de Thorpp in ecclesia nostra collegiata Ripon' predicta per munus consecracionis venerabilis patris et domini d'ni Georgij permissione diuina (ac Dei gracia)[1] Exon. episcopi, vltimi canonici et prebendarij eorumdem vacantes, et tibi per reuerendissimum patrem et d'nm dominum nostrum d'nm Willelmum permissione diuina Ebor. Archiep'm, Anglie primatem, et Ap'lice sedis legatum collatos, te in personam domini Thome Hawke, capellani, procuratoris tui sufficientem a te in hac parte potestatem habentis, ac ipsum procuratorem in personam tui admissimus, tibique stallum in choro et locum in capitulo dictis canonicatui et prebende antiquitus pertinentes assignauimus, ac te in corporalem possessionem dictorum Canonicatus et prebende cum iuribus et pertinencijs vniuersis in personam dicti procuratoris tui, ac ipsum procuratorem in personam tui realiter induximus, Juribus, libertatibus, et consuetudinibus eccl. nostre predicte in omnibus semper saluis. In c. r. t. sig. n. presentibus apposuimus. Dat. Ripon' in domo nostra Capitulari xij^{mo} die mensis Decembris A^{o} Do^{i} M^{lmo} cccc lviij^{o}.

Abp. W. Booth.

(312) (Mandate to induct R. Baguley).

1458-9, Mar. 20 Abp. W. Booth. Will'mus, permissione Diuina Archiep'us Ebor., *etc.* Dilectis in Xpo filijs Capitulo eccl. nostre Colleg. S'ci Wilfridi Ripon', sa. gra. et ben. Quia nos Canonicatum et prebendam de Sharrow in dicta ecclesia nostra Collegiata per mortem d'ni Nicholai Holme vltimi canonici et prebendarij eorundem vacantes et ad nostram collacionem pleno Jure spectantes, Dilecto nobis in Xpo filio d'no Rob'to Bagulay presbitero contulimus intuitu caritatis, ipsumque Canonicum et (77) prebendarium

[1] Interlined.

dictorum canonicatus et prebende per birreti nostri tradicionem instituimus et inuestituimus presencialiter in et de eisdem. Vobis mandamus . . . ab antiquo debitis eidem assignando (*nearly as in No.* 310). Suthwell, 20 Mar., 1458.

Presens mandatum fuit presentatum per d'nm Thomam Hawke capellanum, procuratorem sufficientem potestatem habentem in hac parte.

(313) ADMISSIO D'NI ROB'TI BAGULEY AD PREBENDAM DE SHARROW.

Capitulum eccl. Coll. beati Wilfridi Ripon' discreto viro d'no Rob'to Baguley, salutem in omnium Saluatore. Ad canonicatum et prebendam de Sharrow in eccl. nostra Collegiata de Ripon' predicta per mortem d'ni Nicholai Holme vltimi canonici et prebendarij eorundem vacantem, et tibi per Reueren'mum in Xpo patrem et d'nm nostrum d'nm W. permissione diuina Ebor. Archiep'm, Anglie primatem, et Ap'lice sedis legatum, collatos, te in personam d'ni Thome Hawke capellani, procuratoris tui sufficientem a te in hac parte potestatem habentis, ac ipsum procuratorem in personam tui admisimus, tibique stallum . . . apposuimus (*as in No.* 311). Dat. in do. n'ra Ca. vicesimo tercio die mensis Marcij, Anno D'ni supradicto. 1458-9. Mar. 23. Abp. W. Booth.

(314) COMMISSIO FACTA CAPITULO PRO ADMISSIONE D'NI T. BYROME AD PREBENDAM DE GEUENDALE.

Will'mus permissione diuina, *etc.* Quia nos Canonicatum et prebendam de Geuendall in dicta eccl. n'ra Colleg. Ripon' per liberam resignacionem Mag'ri Rob'ti Stillyngton vltimi canonici et prebendarij eorundem in manibus n'ris factam et per nos admissam vacantes et ad n'ram collacionem pleno iure spectantes, dilecto nobis in Xpo filio d'no Thome Byrom presbitero contulimus . . . . . assignando (*nearly as in No.* 310). Dat. sub sigillo n'ro in hospicio n'ro apud Hakeney, vicesimo octauo die mensis Maij, Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} lix^{o}, nostrarumque Consecracionis anno xij^{o}, et Translacionis septimo. 1459, May 28.

77 v. (315).

1459, June 4. Mandatum predictum exhibitum fuit in domo Capitulari per d'nm Thomam Hawke, capellanum et procuratorem dicti d'ni Thome Birom, quarto die mensis Junij, Anno Domini Mill'mo cccc^{mo} quinquagesimo nono.

(316) ADMISSIO D'NI THOME BIROME AD PREBENDAM DE GEUENDALE.

1459, June 4. Capitulum eccl. Coll. b'ti Wilfridi Ripon' venerabili viro d'no Thome Byrom, sa. in Auctore salutis. Ad Canonicatum et prebendam de Geuendale in eccl. nostra collegiata predicta Ripon' per liberam resignacionem Mag'ri Rob'ti Stillyngton vltimi canonici et prebendarij eorundem vacantes et tibi per Reveren'mum in Xpo
Abp. W. Booth. patrem et d'nm n'rm dominum Will'm permissione diuina Ebor. Archiepiscopum, Anglie Primatem, et Ap'lice Sedis Legatum, collatos, te in personam honesti viri d'ni Thome Hawke, presbiteri, procuratoris . . . apposuimus (*as in No.* 313, *with slight verbal differences*). Dat. in domo nostra Capitulari Ripon', quarto die mensis Junij Anno Domini supradicto.

(317) COMMISSIO FACTA CAPITULO PRO ADMISSIONE M. JOH'IS SUTHWELL AD PREBENDAM DE MUNKTON.

1459, July 9. Abp. W. Booth. Will'ms permissione diuina, *etc.* Dilectis . . . (*as in No.* 310). Quia nos Canonicatum et prebendam de Monkton in dicta eccl. n'ra coll. per lib. res. d'ni Thome Byrom vltimi Canonici et prebendarij eorundem in manibus nostris factam et per nos admissam vacantes et ad n'ram coll. pleno iure spectantes, Dilecto in Xpo filio Mag'ro Joh'i Suthwell, presbitero, contulimus intuitu caritatis, . . . assignando (*nearly as in No.* 310). Dat. sub sig. n'ro in hospicio n'ro Couentr., nono die mensis Julij Anno D'ni supradicto, nostrarumque Consecracionis anno terciodecimo, Et Translacionis Septimo.

July 14. Istud mandatum fuit exhibitum per d'nm Rob'tum Brompton vicarium et procuratorem dicti Mag'ri Joh'is Suthwell, decimoquarto die dicti mensis Julij Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} quinquagesimo nono.

(318) ADMISSIO M. JOHANNIS SUTHWELL AD PREBENDAM DE MUNKETON.

Capitulum . . . (78) Mag'ro Johanni Suthwell . . Ad can. et pr. de Mounkton . . per li. res. d'ni Thome Byrom . . vacantes . . . te in personam d'ni Rob'ti Brompton presbiteri procuratoris tui . . . apposuimus (*nearly as in No.* 316). Dat. in do. n'ra Ca. quartodecimo die mensis Julij Anno D'ni Mill'mo cccc[mo] quinquagesimo nono. 1459, July 14.

(319) COMMISSIO FACTA CAPITULO PRO ADMISSIONE DOMINI RADULPHI LONGLEY AD PREBENDAM DE GEUENDALE.

Will'mus . . . Capitulo . . Quia dil. in Xpo filio d'no Radulpho Longley Capellano n'ro familiari Canonicatum in eccl. n'ra Ryponie predicte et preb. de Geuendale in eadem per lib. res. d'ni Thome Byrom . . assignantes (*as in No.* 314, ***with slight variations in order of words, etc.***). Dat. sub sigillo n'ro in manerio n'ro de Suthwell vicesimo septimo die mensis Maij Anno Do[i] Mill'mo cccc sexagesimo primo, nostrarumque Consecracionis anno quartodecimo, Et Translacionis nono. 1461, May 27. Abp. W. Booth.

Istud mandatum fuit editum vicesimo nono die mensis Maij, A[o] Do[i] M[lmo] cccc sexagesimo primo, per d'nm Will'm Sawle vicarium et procuratorem d'ci do[i] Radulphi Longley vt patet per instrumentum penes Capitulum demissum. 1461, May 29.

(320) (Admission of R. Longley).

Capitulum . . . d'no Radulpho Longley, sa. in eo quem peperit vterus virginalis. Ad Canonicatum et preb. de Geuendale . . . per li. res. do[i] Thome Byrom . . . vacantes . . .te in personam do[i] Will'i Sawle presbiteri procuratoris tui . . . apposuimus (*as in No.* 316). (**78 v.**) Dat. in do. n'ra Capitulari, vicesimo nono die mensis Maij, A[o] Domini Mill'mo cccc sexagesimo primo. 1461, May 29.

(321) COMMISSIO DIRECTA CAPITULO PRO ADMISSIONE D'NI THOME BOTHE AD PREBENDAM DE NUNWICK.

1463, May 29. Abp. W. Booth. Will'mus permissione diuina, etc., dil. in Xpo filijs, Ca. eccl. n're Colleg. beati Wilfr. Ripon', sa. gra. et ben. Quia nos dil. in X° fil. d'no Thome Bothe presbitero Canonicatum in eccl. n'ra Colleg. Ripon' et prebendam de Nunwik in eadem per mortem Mag'ri Will'i Scrope vltimi possessoris eorundem vacantes et ad nostram collacionem pleno iure spectantes contulimus intuitu caritatis, Vobis mandamus quatinus prefatum Thomam Bothe vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem dictorum Canonicatus et prebende inducatis seu induci faciatis cum suis iuribus et pertinencijs vniuersis, stallum in choro et locum in capitulo dicte ecclesie nostre Collegiate dictis canonicatui et prebende antiquitus pertinentia prefato Thome Bothe vel procuratori suo eius nomine debite assignantes. Dat. apud Hakeney sub sigillo n'ro vicesimo nono die mensis Maij, Anno Do^i^ M^lmo^ cccc sexagesimo tercio, nostrarumque Consecracionis A° sextodecimo, et Transl. vndecimo.

1463, June 27. Mandatum supradictum editum fuit in domo Ca^ri^ per d'nm Will'm Sawle vicarium dicte eccl. et procuratorem d'ci Thome Bothe xxvij die mensis Junij, Anno Do^i^ Mill'mo cccc lxiij^cio^.

(322) ADMISSIO DICTI THOME BOTHE AD DICTAM PREBENDAM.

1463, June 27. Capitulum eccl. Coll. beati Wilfridi Ripon' ven. viro d'no Thome Bothe, salutem in auctore salutis. Ad Canonicatum et prebendam de Nunwick in eccl. nostra Colleg. n'ra (*sic*) predicta Ripon' per mortem ven. viri M'ri Will'i Scrope vltimi possessoris eorundem Canonicatus et prebende vacantes et tibi per Reueren^m^ in Xpo patrem et d'nm n'rm d'nm Will'm permissione diuina Abp. W. Booth. Ebor. archiepiscopum, *etc.*, collatos, te in personam d'ci[1] Will'i presbiteri et vicarij procuratoris tui sufficientem

[1] Not before named.

a te in hac parte potestatem habentis, ac ipsum procuratorem in personam tui admissimus, tibique stallum in choro et locum in Capitulo dictis Canonicatui et prebende antiquitus pertinencia assignauimus, ac te in corporalem possessionem dictorum Canonicatus et prebende cum Juribus suis et pertinencijs vniuersis in personam dicti procuratoris tui, ac ipsum procuratorem in personam tui realiter induximus, Juribus, libertatibus, et consuetudinibus ecclesie nostre predicte in omnibus semper saluis. In c. r. t. sig. n. Capitulare presentibus apposuimus. Dat. in domo Ca[ri] xxvij die mensis Junij et A[o] Do[i] M[lmo] cccclxiij[o].

79. (323) (Appointment of Officials for Stanwick-cum-Barton).

Capitulum eccl. Coll. beati Wilfridi Ripon' Confratri nostro predilecto Mag'ro Johanni Clere in decretis Bacallario, Prebendario prebende de Staynewykes in eccl. Collegiata predicta, et Rectori eccl. parochialis de Melshamby, necnon Mag'ro Thome Blakman in iure Ciuili Bacallario Comissario nostro, ac Xpoforo Kendale Capellano, salutem in D'no sempiternam. De vestris fidelitate et industria plurimum in D'no confidentes, vos in Officiales nostros et Custodes spiritualitatis iurisdiccionis nostre prebendalis de Staynwykes cum Barton preficimus per presentes, et ad cognoscend. procedend. statuend. in omnibus et singulis causis et negocijs in iurisdiccione predicta motis vel mouendis, ac eas vel ea fine debito terminand., necnon ad corrigend. et puniend. ac debite reformand. crimina et excessus quorumcumque subditorum, tam Clericorum quam laicorum nostre iurisdiccionis antedicte, et ad insinuand. testamenta et vltimas voluntates defunctorum, committend. que administracionem bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum abintestato decedencium in prefata n'ra Jurisdiccione existencium, illis quibus de iure seu consuetudine fuerit committenda, Omniaque alia et singula faciend. et exercend. que in premissis et circa quodlibet premissorum

1464, May 12.

Prebendal jurisdiction.

necessaria fuerint vel eciam oportuna, Vobis coniunctim et diuisim tenore presencium committimus vices nostras, cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate. In c. r. t. sigillum nostrum presentibus apposuimus. Dat. in do. n'ra Capitulari Ripon' duodecimo die mensis Maij Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} sexagesimo quarto.

(324) (Protestation of residence to be kept by John Southwell).

1465, Mar. 25. In Dei nomine, Amen. Coram, *etc.*, *as in No.* 3; Isto festo Annunciacionis beate Marie Virginis, videlicet vicesimo quinto die mensis Marcij, incipiente anno Do^{i} M^{lmo} cccc sexagesimo quinto.

(325) (Mandate to induct Mr. John Pakenham).

1465, July 18. Abp. G. Nevile. Georgius . . .[1] Quia nos Canonicatum et prebendam de Sharrow in dicta nostra eccl. Colleg. Ripon per mortem d'ni Rob'ti Baguley . . .[1] M'ro Johanni Pakenham eccl. nostre Ebor. Thesaurario contulimus intuitu caritatis, ipsumque canonicum et prebendarium dictorum canonicatus et prebende investituimus et investituimus (*sic*) in et de eisdem, vobis mandamus quatinus (79 v.) circa prefatum Mag'rum Joh'em Pakenham seu procuratorem suum eius nomine vlterius exequamini in hac parte quod est vestrum. Dat. nostro sub sigillo quo vti consueuerimus dum eccl'ie Cath Exon. ministrauimus in Manerio nostro de le More iuxta Rickemaynsworth Lincoln. dioc. decimo octauo die mensis Julij Anno D'ni Mill'io quadringentesimo sexagesimo v^{to} et nostre translacionis anno primo.

1465, July 25. Presens mandatum erat presentatum et plene executum in domo Capitulo xxv^{ta} die mensis Julij Anno D'ni Mill'io cccc^{mo} lxv^{to}.

(326) (Mandate to induct Mr. John Shirwod).

1466-7, Feb. 26. Abp. G. Nevile. Georgius . . .[1] Quia nos Canonicatum in eccl. nostra Collegiata Ripon' antedicta et prebendam de Thorp in

[1] Usual form.

eadem per mortem Mag'ri Joh'is Sendale vltimi Canonici et prebendarij eorundem vacantes et ad n'ram collacionem pleno iure spectantes dilecto nobis in Xpo filio Magistro Joh'i Shirwod, sacre Theologie professori, contulimus intuitu caritatis, ipsumque canonicum et prebendarium dictorum Canonicatus et prebende instituimus et inuestiuimus [1] presencialiter in et de eisdem, Vobis mandamus . . . assignando (*almost as in No.* 310). Dat. nostro sub sigillo in hospicio nostro prope Westm. situato, vicesimo sexto die mensis Februarij, Anno D'ni Mill'io cccc^{mo} sexagesimo sexto, et nostre translacionis anno secundo.

Presens mandatum erat editum in domo Capitulari xij^{o} die mensis Maij anno supradicto per discretum virum Mag'rum Joh'em Saxton procuratorem suum pro eo admissum et inductum. 1467, May 12.

(327) (Admission to Clotherholme Chantry).

Vniuersis S. M. E. filijs presentes literas inspecturis, Capitulum eccl. Coll. Ripon' Ebor. dioc. salutem. 1469, Mar. 25. Noueritis quod nos ad Cantariam perpetuam in Capella beate Marie Virginis de Clother' nostrorum territorij et parochie per liberam resignacionem d'ni Joh'is Goll capellani, vltimi possessoris eiusdem vacantem, et ad presentacionem Galfridi Pygott de Clother' predict., militis, spectantem, d'nm Thomam Labra Capellanum ad eandem Cantariam per eundem Galfridum nobis legitime presentatum admisimus, ac ipsum Capellanum perpetuum instituimus canonice in eadem in forma ordinacionis eiusdem Cantarie facte, ac eundem d'nm Thomam in corporalem possessionem dicte Cantarie cum suis Juribus et pertin. vniuersis induximus in eadem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari vicesimo quinto die Marcij Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} sexagesimo nono.

(328) PROTESTACIO WILL'MI POTEMAN.

In Dei nomine, Amen. Coram vobis venerabili Capitulo eccl. Coll. beatorum Petri et Wilfridi Riponie, 1478-9, Mar. 29.

[1] "Investituimus" in previous mandates.

Ego Will'ms Poteman Canonicus Eccl. Coll. ac prebendarius et pacificus possessor prebende de Nunwik in eadem, Isto die, viz. vicesimo nono mensis Marcij, iiij^to viz. die post festum Annunciacionis beate Marie Virginis, quo secundum computacionem ecclesie Anglicane incepit annus D'ni mccccLxxviij^us, In presenti domo Capitulari eccl. predicte personaliter protestor palam et puplice in hijs scriptis, quod residenciam meam Canonicalem ad Dei laudem et honorem dicte ecclesie et beatorum Petri Ap'li et Wilfridi Confessoris incipere et perficere intendo iuxta ipsius ecclesie Riponie statuta et consuetudines laudabiles, approbatas, et hactenus vsitatas.

80. (329) CONUOCACIO GENERALIS OMNIUM ET SINGULORUM CANONICORUM ECCLESIE COLLEGIATE RIPON' IBIDEM CELEBRATA, VNA CUM STATUTIS ET QUIBUSDAM ORDINACIONIBUS IN EADEM EDITIS VT INFRA CONTINETUR.

1464, Sept. 1. Statuta et ordinaciones. In conuocacione generali per presidentem et omnes et singulos canonicos ecclesie Collegiate Ripon', videlicet Magistros Joh'em Sendale de Thorpe, Joh'em Clere de Staynewigges, Joh'em Suthwelle de Monkton, D'nos Robertum Baguley de Sharrow, Radulphum Longley de Geuendall, et Thomam Buthe de Nunwike, Prebendarios, Primo die mensis Septemb. Anno D'ni Mill'io cccc^mo lxiiij^to in domo Capitulari Eccl. predicte conuenientes et Capitulum facientes celebrata auctoritate eciam consensu et assensu Reueren^mi in Xpo patris et d'ni d'ni Will'i permissione diuina Archiep'i Ebor. Anglie primatis, et apostolice sedis legati in ea parte adhibitis, de eorum communi consilio vnanimi consensu et concordi assensu, Fulcone Bermyngeham Canonico et Prebendario asserto de Stodeley in dicta ecclesia, ad predictos diem et locum legitime citato preconizato expectato nulloque modo comparente[1] sed per contumaciam absente dumtaxat excepto, edita et facta seriatim sequuntur in hec verba.

Abp. W. Booth.

[1] MS. looks like "cōp" in one line, and "dcē" in the next.

Cum reuerende memorie retropatres, predecessores nostri, considerantes diuinum cultum precipuum in gloria preciosorum ornamentorum ecclesiasticorum et vestimentorum diuinorum splendore consistere, suis temporibus conuenientissime statuerunt quod in hac eccl'ia Collegiata Rypon quilibet Canonicus vnam capam preciosam valoris decem marcarum in vita sua soluere teneatur, quam si non soluat in vita soluat post mortem decem libras, contigerit quod sepissime temporibus retroactis quod non nulli canonicatus et prebendas in dicta eccl'ia Collegiata obtinentes in eorum uita capam huiusmodi preciosam dare seu liberare minime curarunt; post quorum mortem eorum executores ac bonorum administratores huiusmodi onus et debitum sic decedencium agnoscere et subire penitus recusarunt, in diuini cultus detrimentum, ecclesie predicte graue preiudicium, ipsorumque decedencium non leue periculum animarum, nos igitur capitulum in hac conuocacione generali tam indempnitati eccl. predicte quam omnium et singulorum in eadem canonicatus et prebendas obtinencium animarum saluti prouidere cupientes, de vnanimi voluntate, consensu, et assensu nostris et auctoritate eiusdem conuocacionis, prouida deliberacione, predictis statutis non derogando, subtrahendo, seu ea mutando, sed eisdem addendo, statuimus et ordinamus quod omnes et singuli canonici qui prebendas in dicta ecclesia collegiata nunc obtinent, et capam huiusmodi nondum dederunt, et qui in posterum obtinebunt, statim postea quam fructus, redditus, et prouentus prebendarum suarum per tres annos pacifice perceperint, seu per eos steterit quo minus percipiant, capam ualoris decem marcarum iuxta ueram et communem estimacionem in vsum dicte ecclesie dare et thesaurario seu subthesaurario eiusdem ecclesie cum effectu tradere et liberare teneantur. Alioquin si per dictos tres annos inmediate sequentes huiusmodi capam dicti ualoris sic dare et effectualiter liberare ac tradere distulerint, seu eorum aliquis distulerit, extunc mora, culpa, et negligencia cuiuslibet sic non dantis seu tradentis

Divine worship consists in the splendour of ornaments.

Each canon is to provide a costly cope,

Statutum pro capis inueniendis.

Otherwise the Chapter may retain 10 marks for the purchase of one.

id exigentibus, licebit Capitulo ecclesie predicte fructus redditus, et prouentus cuiuslibet prebende prebendarij sic capam soluere necligentis seu recusantis in hac parte sequestrare, et eorum auctoritate de eisdem sic sequestratis decem libras pro dicta capa preciosa, dampnisque interesse dicte ecclesie nomine pene apud se retinere, in empcionem vero huiusmodi cape preciose et non aliter quam citius conuertendas, quamquam si quis prebendam in dicta ecclesia adeptus, et fructus eiusdem aliquo tempore minori quam triennis percipiens, ipsa ex quacumque causa dimissa, aliam in eadem assecutus fuerit ecclesia prebendam eiusdem, quia secunde prebende fructus tanto tempore perceperit, quanto cum tempore perceptorum fructuum prioris sue prebende, triennium completum efficiat. Et tunc, si per vnum annum in tradicione huiusmodi cape necligens seu remissus fuerit, licebit dicto Capitulo fructus, redditus, et prouentus illius secunde sue prebende eorum auctoritate propria sequestrare, et de sic sequestratis illius fructibus decem libras ex causis premissis retinere in empcionem cape predicte tantummodo vt premittitur conuertendas.

Statutum de prebendis ad firmam dimittendis.

Cum itaque in dicta ecclesia Rypon' statutum sit et antiquitus ordinatum quod in terris et domibus prebendarum siue in ipsis prebendis dimittendis ad firmam a tempore eiusdem statuti super hoc editi Canonicus si voluerit pro equali precio alijs preferatur, et si secus actum fuerit non valeat ipso iure. Et prebendarius sic dimittens ad firmam extraneum canonico preferendo xxs. tali dimissione durante annuatim fabrice dicte ecclesie soluere teneatur. Nonnulli tamen in dicta ecclesia prebendarij huiusmodi statutum obseruare non curantes, sed eidem eorum iuramento in ea parte prestito non obstante, expresse contrauenientes, extraneos canonicis preferendo suas prebendas ipsis extraneis, ymmo mere laicis, ad firmam dimittere non verentur, in animarum suarum graue periculum dicteque ecclesie graue scandalum et preiudicium manifestum, Nos uero, attendentes quod fructus (**80 v.**) beneficiorum ecclesiasticorum laicis ad

firmam dari omnino de iure prohibetur, iudicantes quod indignum fore cum spiritualibus per pecuniam inire commercium, predicto salubri statuto non derogando, sed eidem adiciendo, ordinamus et statuimus quod si de cetero quispiam contrafecerit, tradicio ad firmam sic facta non teneat ullo modo, et nichilominus vltra penam xxs. superius specificatam sexta pars prouentuum huius rei quam de facto ad firmam dari contra statutum huiusmodi contigerit frabrice (*sic*) dicte ecclesie omni modo applicetur et per sequastracionem (*sic*) fructuum delinquentis auctoritate Capituli fiendam, per ipsum Capitulum realiter leuetur, in vsum predictum conuertenda.

Statutum de procuratorijs Canonicorum penes Capitulum dimittendis.

Item, cum antiquitus sit statutum et salubriter ordinatum in hac ecclesia Collegiata Ripon' quod nullus admittatur in canonicum et in fratrem eccl. Ripon nisi personaliter vel per procuratorem cum mandato siue procuratorio sufficienti legitime constitutum, potestatem iurandi in animam d'ni sui de obseruando statuta et consuetudines dicte ecclesie habentem, ipsumque procuratorium penes capitulum et eius acta procurator huiusmodi ibidem omnino dimittat, alioquin pro non admisso habeatur. Vnde nos, statutum huiusmodi approbantes, cupientesque plurima quantum poterimus vitare incomoda et pericula, aut si secus gestum fuerit dicte ecclesie exinde in futurum contingere poterunt, et verisimiliter euenire, Statuto predicto addendo statuimus et ordinamus, quod si quis nunc in dicta ecclesia prebendarius vel in posterum reperiatur qui contra formam statuti predicti alicuius prebende fructus quouismodo occupare seu percipere presumpserit, Extunc canonicus ipse in penam transgressionis sue fructus, redditus, et prouentus integros prebende sibi collate tamdiu amittat, et eorum ablacione eo ipso multetur donec in propria vel procuratoris sufficientis persona statutum antedictum iuxta eiusdem vim, formam, et effectum omnimodo curauerit obseruare, liceatque dictis Capitulo Ripon' omnes et singulos fructus, redditus, et prouentus huiusmodi per se et suos medio tempore occupare, ac in vsus

suos, comodumque singulare et priuatam vtilitatem conuertere, perinde ac si dicta prebenda omnino vacaret, donec de canonica admissione et forma prestacionis iuramenti huiusmodi prebendarij legitime doceatur, et dicto Capitulo sufficienter declaretur.

1464, Sept. 10. *Intimacio dicti statuti facta Fulconi Barmancheham.*

Capitulum ecclesie Collegiate Ripon' venerabili viro Fulconi Barmamcheham fructus et prouenta in ecclesia Collegiata predicta ac prebende de Stodeley in eadem occupanti et percipienti, salutem in Domino. Nouerit reuerencia vestra quod, inspectis registris et archiuis nostris, inter cetera comperimus in eisdem quoddam statutum siue ordinacionem fuit cuius tenor sequitur in hec verba, Item cum antiquitus, etc. In quarum quidem inspeccionis et compercionis testimonium atque fidem has literas nostras fieri fecimus testimoniales, Vobisque huiusmodi statutum sine ordinacionem editum atque factum notificamus, declaramus, et intimamus per presentes sigillo nostro ad causas sigillatos. Dat. in domo nostra Capitulari x^mo^ die mensis Septembris, Anno D'ni m cccc^mo^ lxiiij^to^.

Nota de Residenciarijs. [1] Of keeping residence.

Item cum antiquitus sit statutum et ordinatum ac eorum consuetudine laudabili in dicta ecclesia vsitatum et obseruatum quod canonici qui residenciam incipiunt personalem saltim in eorum primaria residencia per duodecim septimanas veniant ad chorum in eorum habitibus et horis intersint canonicis sicut in ecclesijs Suthwell et Beuerlac' est hactenus obseruatum. Nos uero huiusmodi statutis et ordinacionibus non derogando sed eisdem addendo ordinamus et statuimus quod quilibet canonicus in dicta ecclesia a tempore incepcionis prime sue residencie in eadem per duodecim septimanas continuas extunc inmediate sequentes intersit omnibus et singulis horis canonicis in choro dicte ecclesie in habitu suo, ac quod qualibet nocte ante finem pulsacionis campane ad ignitegium per se sit in domo mansionis sue ibidem, prout in eccl. Cath. Ebor. in primaria et magna

The canon in residence to be in at curfew.

[1] A long side-note, mostly erased.

Residencia canonicali[1] in eadem est vsitatum et hactenus obseruatum. Alioquin, pro illo anno ad distribuciones non admittatur, nec residens pro eodem anno reputabitur.

81. (330) INDUCCIO D'NI JOH'IS GOLL AD CANTARIAM CAPELLA DE CLOÞEROM.

Vniuersis S. M. E. filijs . . . Noueritis quod nos ad Cantariam perpetuam . . . per mortem d'ni Thome[2] . . . vacantem et ad patronatum Galfridi Pygott . . . spectantem, d'nm Joh'em Goll, Capellanum . . . admisimus . . . quinto die mens. Augusti Anno D'ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. (*Form as in No.* 327). 1467, Aug. 5.

(331) AUCTORITAS DE EDICIONE BANNORUM ET SOLEMNIZACIONE MATRIMONIJ IN CAPELLA FORINSECA.

Capitulum eccl. coll. b. Petri Ripon' Will'mo Saule, perpetuo vicario prebende de Gevendale in eadem, salutem. Cum banna inter strenuum virum Will'm Stapilton de Wyghell in parochia de Wyghell predict. Ebor. dioc., Militem, ex vna parte, et honorabilem domicellam Johannam Warde nuper vxorem Rogeri Warde de Gevendale, militis, parochianam tuam, ex altera parte, in festo S'ci Petri quod dicitur Ad Vincula vltimi preteriti semel edideris, eciam in festo S'ci Oswaldi Regis et Martiris prox. futuro alias edere non omittas. Et tercia vice aliquo die dominico seu die solenni et festiua consequenter ad tue discrecionis libitum, parcium instancia mediante, illud committimus finaliter exequendum, Et post hec vt in capella de Gevendale predict. nostrorum territorij et parochie eccl. Coll. predicte, matrimonium inter partes predictas, si aliquod Canonicum impedimentum non obsistat, licite valeas solennizare, tenore presencium licenciam concedimus specialem, Jure, iurisdiccione, libertate, priuilegio, et consuetudinibus nostris et ecclesie matricis Ripon' antedicte in omnibus semper saluis. In quorum omnium testimonium has 1467. Aug. 3.

[1] MS. has "canonili."

[2] No surname mentioned.

literas nostras sigillo officij Commissarij nostri fieri tibi fecimus testimoniales. Dat. tercio die mensis Augusti, Anno D'ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

(332) AUCTORITAS SOLENNIZANDI MATRIMONIUM IN CAPELLA FORINSECA.

1467. Capitulum ecclesie collegiate beati Petri Ripon' Rob'to Sherupp perp. vicario prebende de Stodelay in eadem, salutem. Vt in capella S'ci Joh'is Baptiste de Thornton nostrorum territorij et parochie eccl. Coll. antedicte matrimonium inter Henricum Walworth de Thornton predict. parochianum tuum ex vna parte, et Katerinam nuper vxorem Will'i Wythes de Kyrkby Malveserd et de parochia eiusdem ex altera parte licite valeas solennizare si aliquod canonicum impedimentum non obsistat, tenore presencium licenciam concedimus specialem, Jure . . . saluis (*as in No.* 331). In c. r. t. sigillum Officii Commissarij nostri presentibus apposuimus. Dat. in do. n'ra Ca. Ripon' predicte — die mens. Ju—[1] Anno D'ni Mill'io cccc^{mo} lxvij^{o}.

(333) AUCTORITAS SOLEMNIZANDI MATRIMONIJ IN AURORA.

1467, Aug 29. Capitulum eccl. Coll. b. Petr. Ripon' Rob'to Brompton perpetuo vicario prebend. de Monkton in eadem, salutem. Vt post horam quartam in aurora in crastino confeccionis presencium in eccl. Coll. predicta Matrimonium inter Thomam Barnard ex vna parte et Margaretam Dauson[2] ex altera parte parochianos tuos ad tue libitum voluntatis ipsorum instancia mediante licite valeas solennizare, si aliquod canonicum impedimentum non obsistat, tenore presencium licenciam concedimus specialem. Jure . . . (*as in No.* 331) nostris in omnibus semper saluis. In c. r. t. Sig. Officij Commissarij nostri presentibus fore duximus apponendum. Dat. in do. n. Ca. penultimo die Augusti, Anno D'ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

---

[1] Left blank in MS. [2] Or Danson ?

81 v. (334) ACQUIETANCIA PRO DENARIJS RECEPTIS PRO CAPA PRECIOSA.

Tenore presencium cuntis appareat manifeste nos Capitulum eccl. Coll. b. Wilfr. Ripon' recipisse et habuisse die confeccionis presencium de venerabili confratre nostro Mag'ro Fulcone Bermyngeham Canonico eiusdem ecclesie ac prebendario prebende de Stodelay in eadem, decem marcas anglicane monete in empcionem vnius cape preciose quam secundum exigenciam statutorum dicte ecclesie reddere tenetur et specialiter infra triennium a primo die Septembr. Anno D'ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto continue numerandum. De quibus quidem decem marcis per manus Rob'ti Bramhowe firmarij eiusdem prebende fatemur nos ad manus M. Joh'is Suthwell et M. Joh'is Pakenham Canonicorum Residenciariorum dicte ecclesie fore solutos, ipsumque confratrem nostrum prebendarium de Stodelay antedict. ab vlteriori clameo vel prestacione huiusmodi cape, quantum ad nos attinet, exoneramus et acquietamus per presentes. Dat. sub sig. n. communi ad causas penultimo die mensis Augusti Anno D'ni Mill'mo quadringentesimo sexagesimo septimo. 1467, Aug. 29.

(335) CONSIMILES ACQUIETANCIE.

Et consimiles acquietancie exierunt d'no Radulpho Langlay et d'no Thome Buthe, Canonicis prebendarum Gevendale et Nunwyk pro xx marcis per ipsos solutis ad empcionem consimilium caparum preciosarum, videlicet vtrique eorum pro x marcis.

(336) AUCTORITAS SOLEMNIZANDI MATRIMONIUM IN ECCLESIA FORINSECA.

Capitulum ecclesie coll. b. Petri Ripon' vicario eccl. parochialis de Kyrkby super More, salutem. Vt in eccl. tua parochiali Matrimonium inter Willelmum Cunyng de Hundburton,[1] parochianum de Aldburghe, ex vna parte, et Margaretam filiam Ric'i Redhede de Mulwath, 1467, Oct. 24.

[1] Humberton, now in the parish of Kirkby-on-the-Hill.

parochianam nostram Ripon' ex altera parte, licite valeas solennizare, tenore presencium licenciam concedimus specialem, si aliquod impedimentum canonicum ex parte viri non obsistat. Cum ex fidedigna relacione Will'i Saule, perpetui Vicarij prebende de Gevendale suscepimus quod dictarum parcium bannis per ipsum trina vice legitime et solenniter editis, nullum impedimentum ex parte mulieris inuentum est quin legitime et matrimonialiter adinuicem poterunt copulari ; Jure . . . saluis (*as in No.* 331). In c. r. t. . . . apposuimus (*as in No.* 332). Dat. in do. n'ra Ca. Ripon' predict. vicesimo quarto die mensis Octobr. Anno D'ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

(337) AUCTORITAS PURIFICANDI MULIEREM IN CAPELLA FORINSECA DE THORNTON.

1467, Dec. 6. Ca. eccl. Coll. b. Wilfr. Ripon' Joh'i Kendale de Raventofte, capellano, salutem. Vt Aliciam vxorem Joh'is Whelhouse de Thorntonwodd, parochie prebende de Stodelay in eccl. n'ra predicta, post partum prolis ecclesiam aggredi volentem, in Capellam de Thornton recipere, eique sacramentalia ministrare licite valeas hac vice, licenciam tenore presencium tibi concedimus specialem. Jure . . . saluis (*as in No.* 331). Dat. sub sig. Officij Commissarij n'ri in festo S'ci Nich'i Ep'i et Confessoris, Anno D'ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Bishop Thornton.

(338) AUCTORITAS PURIFICANDI MULIEREM IN CAPELLA FORINSECA AD PORTAM OCCIDENTALEM MONASTERIJ DE FONTIBUS.

1467-8, Feb. 24. Ca. eccl. Coll. Ripon' dilecto nobis in Xpo confratri Will'mo Sam, Monasterij S'ce Marie de Fontibus Monocho, Janitori, salutem. Vt Aliciam vxorem Joh'is West de Warsell, parochianam prebende de Nunwyk in eccl. n'ra predicta, post partum prolis eccl'iam aggredi volentem, in Capellam S'ce Marie ad portam occidentalem dicti Monasterij situatam recipere, eidemque sacramenta et

sacramentalia ministrare valeas hac vice tantum, vices nostras et licenciam tenore presencium concedimus specialem, Jure . . . saluis (*as in No.* 331). Dat. in do. Ca. Eccl. Ripon' predicte sub sigillo Commissarij dicti Capituli n'ri xxiiij^to^ die Februarij Anno D'ni Mill'io quadringentesimo sexagesimo septimo.

82. (339) AUCTORITAS PURIFICANDI MULIEREM IN CAPELLA DE MONKTON.

Capitulum . . . Ric'o Clerkson Capellano, salutem. Vt Graciam vxorem Rogeri Ledes de Monkton, parochianam prebende de Monkton . . . in Capellam de Monkton . . hac vice tantum auctoritatem et licenciam . . . xvj^mo^ die mensis Marcij Anno D'ni M^l^ ccccIxvij^mo^. (*Form as in No.* 337). 1467-8. Mar. 16.

(340) COMMISSIO FACTA CAPITULO PRO ADMISSIONE M. FULCONIS BERMYNGHAM AD PREBENDAM DE STODELAY.

Georgius . . . Quia nos Canonicatum in dicta ecclesia n'ra Coll. Ripon' et prebendam de Studelay in eadem vacantes et ad n'ram collacionem pleno iure spectantes, dilecto nobis in Xpo filio Magistro Fulconi Bermyngham contulimus intuitu caritatis, Ipsumque . . . instituimus et inuestimu(s)[1] presencialiter in et de eisdem, Vobis . . . vestrum. Dat. n'ro sub sigillo in manerio n'ro de Scroby vicesimo septimo die mensis Nouembris, Anno D'ni Mill'mo quadringentesimo sexagesimo septimo, et nostre translacionis anno tercio. (*Forms as in No.* 325). 1467, Nov. 27. Abp. Nevile.

Istud mandatum exhibuit Rogerus Pypwall in domo Cap. Ripon' in festo S'ci Andree apostoli Anno D'ni M^l^ ccccIxvij^mo^ absque aliqua auctoritate procuratoria. Et in festo Annunciacionis beate Marie extunc prox. seq. idem Rogerus Pypwall exhibuit ibidem sufficiens procuratorium sibi ad recipiend. et optinend. inducionem et possessionem in Canonicatu et prebenda predictis per dictum M. Fulconem B. factum, *etc.* 1467, Nov. 30.

[1] Not in MS.

(341) ADMISSIO EIUSDEM M. F. AD PREBENDAM DE STODELAY.

1468. Mar. 25. Capitulum . . . ven. viro Mag'ro Fulconi Bermyngham sa. in omnium saluatore. Ad Ca. et pr. de Studelay . . tibi per Reu. in Xpo . . d'nm Georgium . . collatos, te in personam Rogeri Pypwall . . ac ipsum procuratorem in personam tui admisimus, tibique stallum . . . induximus. Juribus . . . saluis. In c. r. t. . . . apposuimus. Dat. in do. n'ra Capitulari in festo Ann. b. Marie Virg. Anno D'ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo. (*As in No.* 316).

(342) LICENCIA PURIFICANDI MULIEREM IN CAPELLA BEATE MARIE MAGDALENE.

1468. April 4. Capitulum eccl. Coll. b. Wilfridi Ripon' Capellanis diuina in Capella hospitalis b'te Marie Magdalene de Ripon' nostrorum teritorij et parochie celebrantibus, salutem. Vt Agnetem vxorem Thome Walworth, parochianam prebende de Sharowe in eccl. predicta puerperam post partum prolis ecclesiam adire volentem, in Capellam dicti hospitalis valeatis recipere, eique sacramentalia ministrare hac vice tantum, auctoritatem et licenciam tenore presencium concedimus specialem, Jure . . . saluis (*as in No.* 331). Dat. . . . (*as in No.* 338) Commissarij nostri quarto die Aprilis Anno D'ni Millisimo quadringentesimo sexagesimo octauo.

82 v. (343) AUCTORITAS SOLEMNIZANDI MATRIMONIUM IN ECCLESIA FORINSECA.

1468, June 29. Capitulum eccl. Coll. b. Petri et Wilfridi Ripon' d'no Thome Nowble presbitero parochiali eccl. par. de Kyrkby Malveserd, salutem. Vt in eccl. par. de Kyrkby predicta matrimonium inter Will'm Thekeston de Masham ex vna parte et Elizabeth Huchonson de Wynkeslay Woddehous, parochianam n'ram ex altera parte . . . saluis (*as in No.* 332). Dat. sub sig. Commissarij penultimo die mensis Junij Anno D'ni m° cccc° lx° viij°.

(344) AUCTORITAS SOLEMNIZANDI MATRIMONIUM IN CAPELLA PROSEUCE RIPON'.

Capitulum (*as in No.* 343) Rob'to Brompton perpetuo vicario prebende de Monkton in eadem, salutem. Vt in Capella b'te Anne Matris gloriose genetricis Dei et Virginis Marie in proseuca[1] Ripon' nostrorum territorij et parochie, matrimonium inter Will'm Banestr' parochianum tuum ex vna parte et Aliciam Wryght eiusdem parochie tue ex altera parte, cum per eosdem fueris debite requisitus, licite valeas celebrare et in eadem solennizare, tenore presencium anctoritatem et licenciam concedimus specialem, si aliquod Canonicum impedimentum non obsistat. Jure, iurisdiccione, libertate, priuilegio, et consuetudinibus nostris et matricis ecclesie Ripon' predicte in omnibus semper saluis. Dat. sub sig. Commissarij n'ri xij° die mensis Maij, Anno D'ni Mill'io quadringentesimo sexagesimo octauo.

1468, May 12.

St. Anne's Bedehouse.

(345) AUCTORITAS PURIFICANDI MULIEREM IN CAPELLA DE THORNTON.

Capitulum eccl. Coll. Ripon' Joh'i Kendale, Capellano, salutem. Vt Katerinam vxorem Henrici Walworth de Rauentoft, nostrorum territorij et parochie, post partum prolis ecclesiam adire volentem, in Capellam de Thornton' infra parochiam prebende de Stodelay in eccl. nostra Colleg. predicta de nouo situatam recipere valeas, eique sacramenta et sacramentalia ministrare . . . specialem (*as in No.* 342) Jure . . . saluis (*as in No.* 344). De et super quibus ad respondendum coram nobis nostrove Commissario in domo nostra Capitulari die Mercurij xiij° die instantis mensis Julij harum serie literarum te citamus. Dat. sub sig. Commissarij nostri predicti iij° die mensis Julij Anno D'ni m° cccc° lx° viij°.

1468, July 3.

Bishop Thornton.

[1] The *proseucha* or Bede-house of St. Anne, long called "The Maidensdue" (Maison de Dieu). The chapel is still standing as a ruin; the old hospital was replaced by some staring modern buildings in 1869. For a full account, view, and plan, see Walbran's *Ripon*, 1875, 78, 78*, 79*.

(346) AUCTORITAS SOLEMNIZANDI MATRIMONIUM IN CAPELLA FORINSECA.

1470, June 7. Bishop Thornton.

Capitulum eccl. Coll. b. Petri Ripon' Rob'to Castilforde, perpetuo vicario prebende de Stodelay in eadem, salutem. Vt in Capella S'ci Joh'is Baptiste de Thornton n'rorum territorij et parochie eccl. Coll. antedicte, matrimonium inter Joh'em Wythes de Thor(n)[1]ton predict. parochianum tuum ex vna parte et Margaretam filiam Joh'is Wallworth de Thornton predict. de parochia eccl. coll. predicte ex altera parte licite valeas solennizare si aliquod canonicum impedimentum non obsistat, tenore presencium licenciam concedimus specialem, Jure . . . saluis (*as in No.* 344). In c. r. t. sig. Off. Commiss. n'ri presentibus apposuimus. Dat. in do. n'ra ca. Ripon' pred. in festo S'ce Trinitatis Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} Septuagesimo.

(347) AUCTORITAS SOLEMNIZANDI MATRIMONIUM IN ECCLESIA FORINSECA.

1470, Sept. 2.

Capitulum eccl. Coll. b. Petri Ripon' Vicario eccl. par. de Topclyff super Swale, salutem. Vt in eccl. tua parochiali matrimonium inter Rob'tum Houyngham de Disforth parochianum tuum ex vna parte, et Isabellam Burgh de Ripon', parochianam nostram, ex altera parte, licite valeas solennizare, tenore presencium auctoritatem nostram et plenariam facultatem tibi committimus specialem, si aliquod impedimentum canonicum non obsistat. Jure . . . saluis (*as in No.* 344). In c. r. t. . . apposuimus (*as in No.* 346). Dat. in do. n'ra Ca. Ripon. predict. secundo die mensis Septembris Anno Domini Mill'mo cccc^{mo} septuagesimo.

83. (348) ORDINACIO PERPETUE CANTARIE ALTARIS S'CI JACOBI IN ECCLESIA COLLEGIATA RIPON' FUNDATE.

1407. Collation with Ing. MS.

Printed from the part of the indenture left with the Chapter, in *Mem. Ripon*, I, 162, where on p. 162, l. 19, read "noverit"; on p. 163, l. 20, read "feodorum"; p.

[1] Not in MS.

164, l. 36, read "venerabile"; p. 165, l. 19, read "capellano." At p. 162, line 22, Ingilby MS. has "et Divini"; line 28, it omits "suprascriptis"; line 33, it omits "viri"; at p. 164, line 7, it has "inducend."; line 13, it has "ipso"; line 39, it has "successiuis."

84. (349) ORDINACIO CANTARIE ASSUMPCIONIS BEATE MARIE IN EADEM ECCLESIA COLLEGIATA RIPON'.

Vniuersis et singulis xpi fidelibus hanc cartam tripartitam visuris vel audituris. Joh'es de Fulford et Rob'tus de Kendale, Capellani, salutem in D'no sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra nos ad laudem, gloriam, et honorem summe et individue Trinitatis, Patris et Filij et Spiritus Sancti, gloriosissimeque virginis beate Marie matris D'ni nostri Jesu Christi, sanctorumque apostolorum Petri et Pauli, et sanctissimi confessoris beati Wilfridi Eccl. Colleg. Ripon' Ebor. dioc. patronorum, omniumque sanctorum Dei, in diuini cultus augmentum et nostrorum peccatorum remissionem, fundasse et ordinasse ac pro perpetuo et imperpetuum creasse, unam perpetuam Cantariam vnius ydonei Capellani et successorum suorum perpetue Gilde et Cantarie in honore Assumpcionis beate Marie Virginis in eccl. Coll. predicta Ripon' inite sufficienter et fundate, ad altare Assumpcionis beate Marie nuncupatum in dicta eccl. Coll. constitutum, diuina officia celebraturi, modo forma, et condicione subscriptis de speciali licencia excellentissimi in Xpo principis et d'ni n'ri d'ni Henrici Regis Anglie et Francie et d'ni Hibernie quarti post conquestum Anglie anno regni sui octauo, temporalibus Archiepiscopatus Ebor. ipsa sede per obitum bone memorie Ricardi nuper Ebor. Archiepiscopi vacante in manibus ipsius d'ni n'ri regis adtunc existente, eciam de communi consensu voluntate pariter et assensu venerabilis capituli eccl. Coll. Ripon' antedicte, omniumque aliorum quorum intererat in hac parte pro huiusmodi Cantaria perpetua obtenta, pro fratribus et sororibus perpetue Gilde antedicte uiuis et defunctis, necnon pro salubri statu nostro dum vixerimus

[Margin notes: 1416, Nov. 4. — Royal Licence. — Abp. Scrope — Objects.]

ac pro animabus nostris cum ab hac luce migrauerimus ac migrauerit aliquis nostrum, et animabus omnium fidelium defunctorum, secundum formam ordinacionis, composicionis, et condicionis per nos pia deuocione pro sustentacione dicti Capellani et suorum successorum imperpetuum, ac supportacione et inuencione onerum subscriptorum inferius factarum et ordinatarum. Noueritis eciam nos de licencia, consensu, voluntate, et assensu predictis, dedisse, concessisse, et h. p. c. n. tripartita confirmasse Deo Omnipotenti et beate Virgini Marie ac beato Wilfrido et eccl. Coll. predict. ac d'no Rob'to de Witton Capellano Gilde et perpetue Cantarie predicte futurisque successoribus suis capellanis imperpetuum missas et alia diuina officia ad altare predictum in ecclesia collegiata predicta celebraturis, vndecim mesuagia et sexdecim acras terre cum pertinencijs in Ripon', Studelay Roger, et Northstanelay, prout in cartis inde confectis plenius continetur, Habend. imperpetuum in liberam, puram, et imperpetuam elemosinam. Volumus eciam et ordinamus quod predictus d'ns Robertus, Capellanus Gilde et Cantarie predict. et successores sui Capellani omnes et singuli pro salubri statu nostro, fratrumque (et)[1] sororum Gilde predicte viuencium ac animabus nostris post nostrum decessum, animabusque fratrum et sororum predict. omniumque fidelium defunctorum missas tempore quo prefatum d'nm Rob'tum Capellanum aut suos successores huiusmodi dictam Cantariam occupare et possidere contingebat[2] singulis diebus, cessante impedimento legitimo, ad altare predictum modo debito imperpetuum celebrabit et celebrabunt, et quod ipsi d'ns Rob'tus Capellanus et ceteri successores sui huiusmodi Gilde et Cantarie Capellani imperpetuum quolibet die in suis missis huiusmodi prout eis melius et salubrius videatur expedire oracionem specialem, videlicet "Deus venie largitor,"[3] etc., ac post verbum "transierunt" addantur hac verba, "vel quos presens seculum adhuc in carne

Endowments.

Duties of Chaplain.

[1] Not in MS. [2] So in MS., apparently for "contingat."

[3] York Missal (Surtees), II, 187.

retinet," etc., dicant et habeant specialiter ordinatam, et pro fratribus et sororibus Gilde huiusmodi viuis et defunctis singulis diebus dicant et dicat quilibet eorum Placebo et Dirige cum commendacione tractim et deuote nisi forte aliqua causa legitima, absque dolo tamen vel ficcione, grauius fuerint impediti, seu eorum aliquis fuerit impeditus, postquam de huiusmodi Cantaria per prefatum venerabile Capitulum eccl. Ripon' seu modo subscripto vni Capellano ydoneo collacio facta fuerit, et ipse Capellanus inductus in eadem prout est fieri consuetum in hoc casu. Volumus eciam et ordinamus quod prefatus d'ns Rob'tus Capellanus ipsiusque successores huiusmodi cantarie capellani, omnes et singuli suis temporibus fratres et sorores Gilde predicte, si in aduersam valitudinem inciderint, visitabit et visitabunt caritatiue cum obsequio spirituali, ac residebit et residebunt ac personaliter in dicta ecclesia Ripon' ministrabit et ministrabunt, ac habitum vt ipsius eccl'ie vicarij deferet et deferent singuli suis temporibus successiuis omnibus horis canonicis in choro eiusdem ecclesie et processionibus ac alijs (**84 v.**) locis et temporibus congruis in diuinis et oracionibus, legitimo cessante impedimento, intererit et intererunt, ministrabit et ministrabunt, exceptis diebus quibus ferialiter et de feria agitur et in ecclesia celebratur, quibus diebus huiusmodi capellani a sua personali interessencia in choro predicto volumus excusari, preter processiones vt prefertur, et preter totum aduentum D'ni et totam quadragesimam, in quibus ipsum et successores suos interesse personaliter ordinamus, ac et de omnibus et singulis obitibus, mortuorum exequijs, et quibuscumque aliarum elemosinarum largicionibus de nouo post datam presencium per nos seu fratres et sorores gilde predicte aut alijs ministris dicte ecclesie collegiate qualitercumque concedendis seu conferendis, vt alius cuiuscumque Cantarie capellanus in dicta eccl. Coll. realiter percipiet et habebit ac realiter sic percipient et habebunt, in quibus ipsi et alij ministri dicte eccl'ie in forma ordinacionis inde facte personaliter interesse teneantur et teneatur quilibet

Pastoral Visitation.

Presence in choir, etc.

eorundem, vestimentaque, libros, calicem, et alia ornamenta ecclesiastica ad huiusmodi altare et cantariam pertinencia, ac omnia et singula ad vsum dicte Cantarie deputata et assignata ac deputanda et assignanda, terrasque, redditus, et tenementa predicta in sufficienti statu custodiet et custodient, ac suis proprijs sumptibus et expensis cum indiguerint reparabunt, supportabunt, et reficiant, ac integra et salua sine dilapidacione secundum possibilitatem eorundem perpetuis futuris temporibus fideliter consueruabunt, et de eisdem fidelem reddent racionem Capitulo supradicto quociens ex parte dicti Capituli in ea parte fuerint requisiti, seu eorum aliquis fuerit requisitus. Et insuper volumus et ordinamus quod quilibet dicte Cantarie capellanus qui pro tempore fuerit in singulis exequijs futuris imperpetuum, die Anniuersarij Will'i de Lynton, Joh'is de Lynton, Agnetis vxoris sue, ac Joh'is de Feriby et Margarete vx. sue, videlicet decimo viij° die mensis Nouembris annis singulis futuris, ministris ecclesie Collegiate supradicte in exequijs huiusmodi personaliter interessentibus et non alijs, videlicet sex vicarijs, duos solidos, sex diaconis duodecim denarios, thuribularijs et choristis dicte ecclesie duodecim denarios, cantariarumque beate Marie in capella in eadem ecclesia statuta et S'ci Johannis Euangeliste Capellanis sex denarios, ac Sacriste quatuor denarios, et campanario per villam Ripon' campanam portanti et dictas exequias proclamanti, duos denarios sterlingorum premissorum occasione de bursa propria fideliter persoluet illo die exequiarum absque mora, pro quibus vero expensis in predictis exequijs faciendis supradicto d'no Rob'to eiusque successoribus dicte Cantarie Capellanis vnum mesuagium in Westgate, duo mesuagia in Skellgate et vnum mesuagium in Hallhalowgate que quondam fuerunt Joh'is et Will'i de Lynton et ad eos per modum excambij deuenerunt imperpetuum conceduntur et assignantur. Que omnia et singula vestimenta, libros, calicem, et cetera ornamenta predicta ipse Capellanus qui pro tempore fuerit in sua prima admissione per literas in-

Yearly obit or Year's mind.

The Bellman.

Chaplain to be accountable for all the Chantry goods.

dentatas inter dictum venerabile Capitulum et ipsum plenarie faciendas recipiet et ea cum ab hac luce migrauerit vel aliter qualitercumque ab huiusmodi ecclesia et cantaria recesserit eidem Capitulo et suis in ea parte deputatis retradere et liberare fideliter teneatur, et ad que omnia et singula supradicta sic vt prefertur facienda et ad hanc nostram ordinacionem firmiter imperpetuum obseruandam, prefatus d'ns Rob'tus de Witton, primus dicte Cantarie Capellanus, et futuri successores sui eiusdem Cantarie Capellani omnes et singuli ad eandem Cantariam per Capitulum admittendi, et in eadem canonice instituendi et inducendi, incontinenti post eius et cuiuslibet eorundem in ea parte admissionem siue induccionem, coram admittente huiusmodi vel conferente quocumque, ad sancta Dei Euangelia per ipsum et eorum quemlibet corporaliter tacta prestabit et prestabunt iuramentum in hoc casu, alioquin ipsius Capellani qui huiusmodi iuramentum non prestiterit admissio et induccio in Cantariam predictam omni (85) vigore careant et effectu. Volumus insuper et tenore presencium ordinamus quod quocienscumque et quandocumque contigerit dictam Cantariam quouismodo vacare, quod huiusmodi Cantarie ad altare predictum collacio, institucio, inducccio, destitucio, et omnimoda disposicio ad predictum Capitulum eccl. Coll. Ripon' predicte, modo subscripto vni perpetuo Capellano ydoneo et honesto ad diuina celebranda vt prefertur ad altare predictum, et in ecclesia collegiata predicta imperpetuum pertinebit, et quod idem Capitulum dictam Cantariam gilde et altaris predict. huiusmodi Capellano infra mensem a tempore note vacacionis eiusdem singulis vacacionum temporibus conferat et assignet ac induci faciat cum suis iuribus in eadem. Et si predictum Capitulum infra mensem huiusmodi ad dictam Cantariam siue Capellaniam de ydoneo et sufficienti Capellano ad divina celebranda vt prefertur non prouiderit, ac collacionem et inducccionem sicut consuetum est et de iure fieri debet in alijs beneficijs ecclesiasticis huiusmodi Capellano infra tempus predictum

Patrons the Chapter of Ripon.

effectualiter non fecerit, aut in collacione huiusmodi cantarie ac induccione huiusmodi necligens fuerit, extunc volumus et ordinamus quod illis vicibus et illis vacacionibus, durante necligencia huiusmodi, bene liceat venerabili patri et d'no, D'no Ebor. Archiep'o sede plena de[1] sede vacante ven. Capitulo Eccl. Ebor., Jure tamen Capituli eccl. Ripon predicte quoad futuras vacaciones in omnibus semper saluo, dictam Cantariam gilde et altaris predict. vni Capellano honesto et ydoneo conferre et assignare, et ipsum Capellanum in eandem cantariam induci facere vt prefertur, prefatusque d'ns Robertus,. per nunc Capellanus dicte Cantarie, ac omnes et singuli successores sui eiusdem Cantarie futuri capellani in singulis collacionibus huiusmodi Cantarie faciendis dicto venerabili Capitulo eccl. Coll. Ripon' et suis more solito prestabit et prestabunt canonicam obedienciam quod sint eiusdem Capituli suis temporibus subditi et subiecti prout alij vicarij et ministri ecclesie Ripon' predicte.

In case of lapse, the Archbishop of York.

Chaplains to render canonical obedience to the Chapter of Ripon.

In quorum omnium testimonium ac fidem parti huius indenture siue carte tripartite penes dictum d'nm Rob'tum Witton' Capellanum et suos successores futuros capellanos remanenti sigilla nostra sunt appensa, alteri vero parti penes nos ac fratres et sorores gilde predicte remanenti sigillum venerabilis Capituli supradicti, necnon sigillum dicti d'ni Rob'ti Witton capellani pro se et successoribus suis dicte Cantarie futuris Capellanis sunt appensa, Et tercie parti penes dictum venerabile Capitulum Ripon' remanenti pro eo quod sigillum commune ad manus non habemus sigillum Decani[2] Ripon' apponi procurauimus, necnon sig. d'ni Rob'ti Witton Capellani pro se et successoribus suis est appensum. Hijs testibus, Thoma Markyngfeilde Milite, Rogero Warde, Will'mo Fencotez, Joh'e Pygot, Will'mo Tanfeild, Will'mo Stowe, Thoma de Balderby, et alijs. Dat. apud Ripon' quarto die Nouembr. Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} sexto decimo.

Custody of the three parts of the Indenture.

[1] So in MS., query "vel" or "et"?

[2] The Rural Dean.

85 v. (350) **Ordinacio Cantarie in Capella beate Marie de Clotherum fundate.**

Vuinersis S. M. E. filijs ad quos presentes litere peruenerint, Joh'es permissione diuina Ebor. Archiepiscopus Anglie Primas et apostolice sedis legatus, salutem in sinceris amplexibus saluatoris; illius deuocionem sinceram conuenit pia mentis intencione fouere, qui ad diuini cultus augmentum, multiplicandum numerum ministrancium in ecclesia sancta Dei, ac ad instituend. missarum celebraciones, que eo Xpi fidelibus magis proficiunt ad salutem, quo in ipsis rege celorum, per mistica munera complacato, peccatorum remedia facilius impetrantur, sufficientem perpetuam porcionem de possessionibus et facultatibus suis, libertate[1] cupit gratuita elargiri;

1359, May 20.

Archbishop Thoresby's preamble.

Cum igitur quamdam cartam duplicatam dilecti filij Joh'is de Clotherum d'ni de Clotherum nostre dioc. ac ordinacionem ipsius factam super quadam Cantaria in Capella beate Marie Virginis de Clotherom ad diuini nominis laudem, sui cultus augmentum, et pro salute animarum infrascriptarum perpetuis futuris temporibus facienda inspexerimus in hec verba;

Omnibus Xpi fidelibus tam presentibus quam futuris, Johannes de Clotherom, salutem in eo qui est omnium vera salus; mundi huius fallax et vana gloria, de quo sapiens sua sic loquitur in scriptura, vanitas vanitatum et omnia vanitas, oblectamentis friuolis et caducis animum meum plusquam oporteret transactis temporibus vt fateor occupauit. Hinc est quod ego Joh'es de Clotherom antedictus, cupiens, opitulante D'no, ad instar Apostoli euacuare ea que erant paruli,[2] et aliquid proficui spiritualis hoc sementis tempore seminare quod veniens cum exultacione per Dei graciam metere valeam in futuro, vestram vniuersitatem scire volo me Joh'em de Clotherom supradict. de licencia et assensu excellentissimi Principis et d'ni n'ri d'ni Edwardi, Dei gracia Regis

Foundation Charter. 1358-9, Jan. 2.

Eccl. xii, 8.

1 Cor. xiii, 11.

Royal Licence of Edw. III,

[1] So in MS., for "liberalitate"? [2] Read "parvuli."

and licence of Abp. Thoresby.

Anglie et Francie illustris, ac eciam venerabilis in Xpo patris et d'ni, d'ni Joh'is, Dei gracia Ebor. Archiep. Angl. Primatis, et Apostolice sedis legati, necnon aliorum omnium quorum interest dedisse, concessisse, et h. p. c. m. confirmasse Deo, beate Marie, et omnibus Sanctis, et d'no Will'o de Plumpton, Capellano, et successoribus suis Capellanis, diuina modo et forma infrascriptis in quadam Capella beate Marie Virginis in villa de Clotherom situata, pro animabus infrascriptis imperpetuum cele-

Endowments

braturis, vnum mesuagium, tres acras prati, et sexaginta et sexdecim solidatas redditus cum pertin. in villis de Clotherom et Ripon'; Tenend. et habend. predicta mesuagium, tres acras prati, et sexaginta et sexdecim solidatas redditus, cum omnibus pertin. suis, prefato d'no Will'o Capellano et succ. s. Capellanis diuina in prefata Capella b. Marie de Clotherum vt premittitur celebraturis pro animabus infrascriptis, libere, quiete, integre, bene, et in pace, de Capitalibus d'nis feodorum illorum, per seruicia inde debita et consueta, imperpetuum, in pur. et perp. el. sicut aliqua tenementa quiecius seu liberius dari, concedi, conferri poterunt seu eciam possideri, sub hac tamen ordinacione mea que sequitur in hunc modum.

Chaplain to be presented to the Chapter for institution by them.

In primis, volo et quatenus ad me attinet ordino in hijs scriptis, quod dictus d'ns Will'mus Capellanus et successores sui Capellani qui pro tempore fuerint per me quamdiu vixero et post decessum meum per heredes meos venerabili Capitulo eccl. Ripon' infra viginti dies a tempore cuiuslibet note vacacionis dicte Cantarie presententur,[1] et per dictum Capitulum instituantur canonice in eadem. Si vero ego vel heredes mei ad Cantariam eandem infra huiusmodi viginti dies ab ipsius vacacionis tempore continue numerandos Capellanum ydoneum omiserimus seu distulerimus presentare, extunc idem Capitulum infra alios prox. extunc sequentes viginti dies prefatam Cantariam Capellano ydoneo conferant et disponant illa vice libere de eadem. Et si forsan dictum

[1] MS. has "p'sentur."

Capitulum infra dictos viginti dies Cantarie huiusmodi Capellano ydoneo non contulerit vt dictum est, extunc eiusdem Cantarie collacio ad venerabilem patrem d'nm Archiep'm Ebor. qui pro tempore (86) fuerit sede plena, et ea vacante ad decanum et Capitulum Eccl. Ebor. aut, ipso Decano absente, ad dictum Capitulum illa vice libere deuoluatur, Salua michi et heredibus meis plena potestate ad dictam Cantariam alias cum vacauerit Capellanum ydoneum presentandi. Dictus vero Capellanus et successores sui quicumque qui pro tempore fuerint pro salubri statu mei Joh'is de Clotherom et salute animarum Tessancie et Alicie vxorum mearum, d'ni Rogeri quondam patris mei, et d'ne Johanne quondam matris mee, et omnium liberorum et heredum meorum, Rogeri de Clotherom et aliorum fratrum et sororum, et omnium antecessorum meorum, ac eciam pro sa. animarum Galfridi Pygott, Joh'e et Elizabeth vxorum suarum, patris sui et matris sue, fratrum, sororum, et liberorum suorum Ranulphi et Joh'is, et omnium antecessorum suorum, necnon pro salubri statu Willelmi de Meryngton, Will'i de Slengesby, Joh'e vxoris sue, Joh'is Bayne, et d'ni Will'mi de Plumpton, Capellani, et animarum omnium predictorum cum ab hac luce migrauerint, et pro animabus omnium parentum, amicorum, et benefactorum predictorum, et animabus omnium fidelium defunctorum, omniumque dictam Cantariam manutenencium vel ad supportacionem eiusdem vel diuini cultus augmentum in eadem de bonis sibi a Deo collatis quicquam conferencium[1] sub hac forma imperpetuum celebrabunt;

If patron fails to appoint, the appointing shall lapse t[o] the Chapter of Ripon, then to the Archbishop of York.

Duties of Chaplain.

Videlicet, singulis diebus dominicis de die, singulis vero diebus sabbati de Domina[2] prout exigencia temporis id permittit, singulis autem alijs diebus ad voluntatem mei et heredum meorum, et hoc facient quacumque hora diei competenti qua ex parte mea vel heredum meorum fuerint congrue requisiti, ita tamen quod singulis diebus

Special Memorials i[n] masses.

[1] MS. has "conferencius."

[2] Of Our Lady, to whom Saturday was especially consecrated. For the masses "De Domina," see York Missal (Surtees) II, 160–163.

quibus de festo celebrauerint, memoriam et oracionem specialem in missis suis pro salute et statu salubri omnium predictorum dum vixerint et animabus eorundem quum ab hac luce migrauerint faciant speciales. Et in euentu quo contingat quod Capellanus huiusmodi propter etatem decrepitam aut aduersam valetudinem seu casum alium celebrare non valeat, dicat tunc cotidie si poterit septem psalmos penitenciales cum letania ac commendacione, et seruicium pro animabus mortuorum supradictum.

Warranty.

Volo insuper et concedo pro me et heredibus meis, quod ego et heredes mei predicti mesuagium in Clotherom, tres acras prati, sexaginta et sexdecim solidatas redditus cum pertin. in villis de Clotherom et Ripon' de quibus premittitur predicto d'no Will'mo Capellano et successoribus suis Capellanis contra omnes gentes warantizabimus, manutenebimus, et imperpetuum defendemus, ac dicta mesuagia et redditus, necnon dictam Capellam, libros, calices, et vestimenta, panem, vinum, luminaria, ac cetera ornamenta quecumque ad dictam Capellam spectancia inueniemus et eciam sustentabimus, et ea, quociens in toto vel in parte construccione refeccione et reparacione in coopertura seu alio modo quocumque indiguerint, emendari faciemus et eciam reparari, nostris sumptibus et expensis.

The patrons will maintain property and goods of the chantry.

Inventories to be kept.

De quibus quidem ornamentis ad dictam Capellam spectantibus, volo et ordino quod quilibet Capellanus qui pro tempore fuerit in dicta Capella, ante decessum, cessionem, seu amocionem suam, conficiat fidelem indenturam, cuius vna pars penes me et heredes meos, et alia penes futurum capellanum remaneat conseruanda. Volo insuper et ordino per presentes quod quilibet Capellanus in dicta cantaria instituendus tempore institucionis sue huiusmodi ad sancta Dei Euangelia iuramentum prestet[1] corporale quod omnia et singula in presenti ordinacione mea contenta fideliter obseruabit, et

The Chaplain's oath.

[1] MS. has "prestat."

eciam adimplebit, quodque calicem, libros, vestimenta, seu alia ornamenta ad dictam Capellam spectancia non alienabit, inpignorabit, distrahet, neque vendet, sed ea omnia futuro successori liberanda fideliter conseruabit. Et ut hec mea presens carta (et)[1] ordinacio imposterum clarius elucescat et futuris temporibus robur obtineat firmitatis, volo quod duplicetur, cuius vna pars penes venerabile capitulum Ripon', altera pars penes (**86 v.**) dictum Capellanum et successores suos remaneat imperpetuum. In c. r. t. vtrique parti presentis carte vt premittitur duplicate, tam sigilla prefati Capituli et d'ni Will'i Capellani quam sigillum meum mutuo sunt appensa. Dat. quo ad opposicionem (*sic*)[2] sigillorum predictorum, secundo die Januarij, Anno D'ni Mill'mo ccc^mo quinquagesimo octauo. 1358-9, Jan. 2.

Confirmation by the Archbishop.

Nos Johannes, permissione diuina Ebor. Archiepiscopus supradictus, attendentes laudabile propositum dilecti filij Joh'is de Clotherom predicti, ac volentes eidem propterea graciam facere specialem, omnia et singula in dicta ordinacione contenta et ipsius Cantarie ordinata, causis eiusdem consideratis et intime ponderatis, eorum concurrente voluntate et assensu quorum interest in hoc casu, quantum ad nos attinet acceptamus, et ipsam sic fieri debere et esse et imperpetuum inuiolabiter obseruari ordinamus, decernimus, confirmamus, emologamus,[3] ratificamus, pronunciamus, et eciam diffinimus in hijs scriptis, Jure, iurisdiccione, libertate, dignitate et honore nostris et ecclesie nostre Ebor. in omnibus et per omnia semper saluis. In quorum omnium testimonium atque fidem literas nostras fieri mandauimus has patentes, quas sigilli nostri appensione fecimus communiri. Dat. apud Cawode vicesimo die mensis Maij Anno D'ni Mill'mo ccc^mo quinquagesimo nono, Et translacionis nostre septimo.

---

[1] Not in MS. [2] For appositionem.

[3] Equivalent to confirmamus.—Ducange.

(351) LITERA TESTIMONIALIS SUPER CELEBRACIONE MATRIMONIJ INTER THOMAM WATTERTON ET MARIORIAM PYGOT.

1516-17, Jan. 20. Capitulum Eccl. Coll. beatorum Petri et Wilfridi Ripon', Ebor. dioc., vniuersis xpi fidelibus ad quos presentes litere nostre testimoniales peruenerint, salutem in D'no sempiternam. Cum sit pium, laudabile, et meritorium vnicuique testimonium veritati perhibere, et maxime in hijs que ad meram animarum xpi fidelium salutem spectant manifeste, hinc est quod vniuersitati vestre innotescimus per presentes, Quia ex parte Thome Watterton filij et heredis d'ni Rob'ti Watterton, militis, dicti Ebor. diocesis de in et super Matrimonio inter prefatum Thomam Watterton et Mariorіam Pygott filiam et vnam heredem Thome Pygott armigeri nuper defuncti solempnizato, diligentem fecimus inquisicionem, per quam quidem inquisicionem inuenimus Matrimonium huiusmodi fuisse et esse inter prefatum Thomam Watterton et Marioriam Pygott in Eccl. Collegiata nostra predicta quadam die mensis Maij hora quasi decima ante meridiem eiusdem diei, anno regni Regis Henrici Septimi vicesimo tercio, per reuerendum in xpo patrem d'nm Joh'em[1] (*sic*) Negropontis Episcopum, ac Reuerendissimi in Xpo patris et d'ni d'ni Thome Savege, tunc temporis Ebor. Archiepiscopi suffraganeum, rite, publice, solempniter, et honorifice celebratum et indubitanter solempnizatum in presencia pro maiori parte omnium ministrorum in dicta Ecclesia nostra cotidie diuina ministrancium, ac eciam in presencia diuersorum honorabilium virorum tam militum quam armigerorum et generosorum dict. Ebor. dioc., necnon diuersarum ceterarum honestarum personarum ad nupcias huiusmodi invitatarum, in numero centum et ultra. In quorum omnium premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum ad causas presentibus apponi fecimus. Dat. in domo nostra Capitulari quoad sigillacionem presencium, vicesimo die mensis Januarij, Anno D'ni Mill'mo Quingentesimo Sextodecimo.

A wedding at the Minster, numerously attended.

[1] Richard Wilson, bishop of Negropont, was Suffragan of York, 1515—1518. Stubbs, *Reg. Sacr. Angl.*, 1897, 202.

87. (352) ORDINACIO CANTARIE IN CAPELLA SCI CUTHBERTI DE NORTON CONYERS FUNDATE.

Omnibus hoc scriptum indentatum quatripartitum visuris vel audituris, Thomas Hode, persona ecclesie de Wath iuxta Ripon', Rogerus Crome, Joh'es Pygot, Robertus Percyvall et Ricardus Welsden, per Ricardum Norton, nuper capitalem Justiciarium d'ni Regis de communi Banco, iam defunctum in manerio de Norton Conyers, cum omnibus et singulis suis pertinencijs ac in omnibus alijs terris, tenementis, redditibus, et seruicijs, cum suis pertinencijs que fuerunt eiusdem Ricardi Norton in villa de Norton Conyers supradicta feoffati, salutem in Domino sempiternam. Sciatis nos ex voluntate et ordinacione predicti Ric'i Norton per ipsum in vita sua nobis sepius declaratis, et similiter in testamento et vltima voluntate eiusdem Ric'i Norton plenius contentis et expressatis, mediante licencia illustrissimi et excellentissimi in Xpo Principis Henrici Dei gracia Regis Anglie, heredis et regentis regni Francie et d'ni Hibernie quinti post conquestum, per literas[1] suas patentes quarum data est apud Douorr octauo die Junij, regni sui nono, nobis in hac parte concessa, necnon de licencia Reuerendi in Xpo patris et d'ni d'ni Thome Dei gracia Dunelm. Ep'i supradicti manerij capitalis d'ni immediati per literas suas patentes nobis similiter concessa, vnam cantariam perpetuam in capella S'ci Cuthberti in villa de Norton Conyers predict. in honore S'ci Cuthberti, videlicet de vno Capellano divina singulis diebus in Capella predicta pro salubri statu dicti d'ni Regis ac predicti Episcopi, et Ric'i filij et heredis predicti Ric'i Norton defuncti, et aliorum liberorum eiusdem Ric'i Norton defuncti dum vixerint et animabus suis cum ab hac luce migrauerint, et pro animabus predicti Ric'i Norton defuncti, Katerine nuper vxoris sue, patris, matris, fratrum, sororum, parentum, amicorum, et omnium benefactorum ipsius Ric'i Norton defuncti imperpetuum celebraturo, de nouo

1422, Aug. 20. The Rector of Wath and others, pursuant to the will and intention of Richard Norton, deceased, and a royal licence, also one of Bp. Langley, found a chantry in the Chapel of St. Cuthbert in Norton Conyers, for the souls of Richard Norton and others,

[1] MS. has "pluras."

fecisse, fundasse, et stabilisse, ac Joh'em de Threske, presbiterum, eiusdem cantarie primum Capellanum nominasse, ordinasse, et per presentes constituisse, eidemque Joh'i de Threske tradidimus, concessimus, et h. p. scripto nostro quatripartito confirmauimus, quandam vacuam placeam terre cum pertinencijs in predicta villa de Norton Conyers, continentem centum pedes in latitudine et ducentos pedes in longitudine pro edificacione vnius mesuagij et cuiusdam gardini super eandem placeam, per ordinacionem nostram, pro inhabitacione eiusdem Joh'is de Thr̃eske et successorum suorum dicte Cantarie Capellanorum facienda. Habend. et tenend. eidem Joh'i de Threske et successoribus suis dicte Cantarie capellanis predictam placeam terre cum pertinenciis pro inhabitacione sua imperpetuum. Et insuper concessimus et h. p. scr. n'ro confirmauimus prefato Joh'i de Threske octo marcatas annui redditus percipiend. annuatim eidem Joh'i de Thresk et successoribus suis dicte Cantarie Capellanis de predicto manerio cum pertin. et de omnibus alijs terris, tenementis, redditibus, et seruicijs cum suis pertin. que fuerunt predicti Ric'i Norton defuncti in predicta villa de Norton Conyers ad festa S'ci Martini in yeme et Pentecostes, equis porcionibus, in auxilium sustentacionis sue ac supportacionem onerum et ordinacionum nostrorum subscriptorum imperpetuum. Cuius quidem cantarie ordinacio sequitur et est talis.

ndowment; ite for house ınd garden or chaplain.

ight marks a year.

In primis scilicet volumus et ordinamus per presentes quod predictus Johannes de Threske et quilibet alius suus successor dicte Cantarie Capellanus qui pro tempore fuerit, postquam per nos, heredes, seu assignatos nostros ad eandem Cantariam, loci illius ordinario pro tempore existenti fuerit presentatus et per ipsum ordinarium admissus ad eandem et institutus et inductus in eadem prout moris est et de iure fieri debet in alijs beneficijs ecclesiasticis, missas et alia divina obsequia pro statu et animabus supradictis in Capella predicta singulis diebus imperpetuum, cessante impedimento legitimo,

he Chaplain to be presented to the Ordinary of Norton Conyers for institution

Duties of Chaplain.

celebret, videlicet diebus ferialibus missas de officijs mortuorum vel de ferijs aut festis in huiusmodi ferijs contingentibus (87 v.), et in dominicis et in festis nouem leccionum ac festis solennibus et principalibus duplicibus missas de huiusmodi dominicis ac alijs singulis festis supradictis prout in ecclesia parochiali de Wath supradict. celebrari deberet, dicendo singulis diebus qualibet huiusmodi missa pro animabus supradictis, oraciones pro defunctis specialiter ordinatas, dicatque cotidie pro eisdem animabus obsequia mortuorum, videlicet Placebo et Dirige tractim et deuote, nisi forte aliqua causa legitima, cessantibus fraude, dolo, et ficcione grauius fuerit impeditus, quodque idem Joh'es de Threske et quilibet suus successor dicte Cantarie Capellanus postquam ad eandem Cantariam fuerit admissus et legitime institutus et inductus in eadem super eandem Cantariam omnino personaliter resideat. Et si aliquis huiusmodi Cantarie Capellanus ab huiusmodi personali residencia quouismodo arte vel ingenio in futurum voluntarie se absentauerit, per ordinarium loci predicti ammoueatur et priuetur, ac ammotus et priuatus ab ipsa Cantaria ipso facto habeatur nisi forte circa prosecucionem cause necessarie seu negocij eandem Cantarie concernentis alibi fuerit occupatus, aut alia causa notoria racionabili et necessaria perturbatus.

Placebo, etc. not to be hurried.

If wilfully absenting himself, he may be deprived.

Volumus eciam quod si predictus Joh'es de Threske vel alius suus successor quicumque in Capellanum Cantarie predicte imposterum perficiendus propter infirmitatis aut senii debilitatem seu aliam impotenciam subito vel naturaliter contingentem celebrare nequeat, aut si aliquis huiusmodi Capellanus per inuidiam fuerit indicatus,[1] seu quacumque alia causa nisi fuerit causa felonie carcerali custodie mancipatus, Ita quod eidem Cantarie personaliter deseruire non poterit pro tempore quo taliter a celebracione diuinorum in Capella predicta cessare compellitur, oracionibus quibus poterit deuocius insistat, et de redditu predicto viuat dum humanitus[2] de eo con-

If physically unable to celebrate,

or under accusation, save for felony,

[1] Accused, see Ducange; literally, "pointed at."

[2] After the manner of men.

he shall still enjoy the maintenance, but in case of felony he shall be deprived, and have nothing.

tingat, prouiso semper quod si aliquis huiusmodi Cantarie Capellanus coram quibuscumque Judicibus causa felonie fuerit conuictus, quod absit, et ea de causa carcerali custodie mancipatus, quod statim post huiusmodi conuiccionem bene liceat nobis, heredibus, et assignatis nostris alium Capellanum ydoneum ad eandem Cantariam presentare, et quod huiusmodi Capellanus sic conuictus deinceps tanquam ammotus et priuatus ab eadem Cantaria omnino teneatur, et pro taliter ammoto et priuato per ordinarium predictum pronuncietur et declaretur, nec aliquid de redditu predicto pro victu vel sustentacione sua post conuiccionem et priuacionem huiusmodi in futurum quouismodo percipiat. Et si aliquis eiusdem Cantarie Capellanus meritis notorijs temeritatis sue proprie ad peragendum officium diuinorum impotens aut inhabilis extiterit, per ordinarium predictum ammoueatur et a Cantaria priuetur omnino. Si quis autem huiusmodi Cantarie Capellanis tabernis, scorto, adulterio, fornicacioni, seu alijs locis vel ludis illicitis et inhonestis notorie fuerit indulgens, nisi per nos heredes seu assignatos n'ros aut personam predicte ecclesie de Wath qui pro tempore fuerit trina vice monitus ab huiusmodi insolencijs illicitis se abstineat, statim nos, heredes, seu assignati nostri significabimus, aut persona predicte eccl. de Wath qui pro tempore fuerit significabit supradicto ordinario vt ipso huiusmodi Capellanum sic accusatum coram ipso venire et debite corrigi et puniri faciat pro commissis suis in hac parte.

If any Chaplain through his own rashness becomes incapable, he shall be deprived.

If guilty of immorality, he shall be corrected and punished.

The Chaplain's residence,

Volumus insuper et ordinamus, quod predictus Joh'es de Threske et quilibet suus successor dicte Cantarie Capellanus qui pro tempore fuerit, postquam mesuagium et gardinum supradicta per nos seu ordinacionem nostram pro inhabitacione eiusdem Joh'is de Threske et successorum suorum predicte cantarie Capellanorum vt predictum est facienda, facta fuerint et constructa, eadem mesuagium et gardinum cum pertinencijs sumptibus suis proprijs et expensis sustentabit et reparabit et ea sufficienter (88) reparata manutenebit, sub pena ammocionis

to be kept in repair by him.

et priuacionis ab eadem. Panem quoque, vinum, et lumen, ac alia celebracioni diuinorum necessaria futuris temporibus successiuis sumptibus suis proprijs inueniet. Preterea volumus et ordinamus quod supra vestimentis, libris, calicibus, ornamentis, et alijs iocalibus quibuscumque dicte Cantarie per nos aut alios quoscumque collatis seu assignatis, plenum et fidele fiat Inuentarium indentatum quatripartitum, cuius vna pars penes nos, heredes, et assignatos n'ros, altera pars penes predictam personam eccl'ie de Wath qui pro tempore fuerit, et successores suos, tercia pars penes Capitulum eccl. Coll. beati Wilfridi Ripon', et quarta pars penes predictum Johannem de Thresk et successores suos dicte Cantarie capellanos perpetuo remanebunt, quodque idem Joh'es de Threske et quilibet suus successor eiusdem Cantarie Capellanus qui pro tempore fuerit huiusmodi vestimenta, libros, calices, et alia iocalia et ornamenta quecumque ac omnia alia bona ad vsum eiusdem Cantarie deputata seu assignata vel imposterum deputanda seu assignanda, sumptibus suis proprijs cum indiguerit reparabit et reficiet et ea omnia salua et integra secundum possibilitatem eorundem absque vendicione impignoracione seu diminucione aliqua futuris temporibus perpetuo bene et fideliter conseruabit ac de eisdem reddet racionem nobis heredibus vel assignatis nostris aut persone eccl. de Wath supradicte qui pro tempore fuerit seu Capitulo eccl. Coll. predicte quandocumque eorum aliquis inde fuerit requisitus. Ad que omnia et singula in forma predicta bene et fideliter facienda, tenenda, et perimplenda, et ad ordinacionem nostram predictam imperpetuum obseruanda, quilibet Capellanus ad Cantariam predictam imposterum admittendus et in eadem canonice instituendus et inducendus, incontinenti post eius admissionem, coram se admittente vel instituente, ad sancta Dei euangelia corporale prestabit iuramentum, alioquin ipsius Capellani qui huiusmodi iuramentum non prestiterit, seu prestare neglexerit, admissio, institucio, et induccio in Cantariam supradictam omni vigore penitus careat et effectu.

He is to fin[d] bread, wine etc.,

there is to b[e] an Inventor[y] of the good[s] of the Chantry,

and he is to keep them in repair, and no[t] sell or pledg[e] any of them

His oath.

When there is a vacancy, the patrons are to present a fit person to the Ordinary.

Volumus eciam et ordinamus, ac per presentes concedimus, quod quocienscumque et quandocumque dicta Cantaria per mortem seu resignacionem predicti Joh'is de Threske seu alterius successoris sui eiusdem Cantarie Capellani aut eorum alicuius, suis demeritis in forma predicta ammoti seu priuati, seu quocumque alio modo vacauerit, quod nos, heredes, vel assignati nostri alium Capellanum ydoneum ad eandem Cantariam infra vnum mensem a tempore vacacionis eiusdem presentabimus loci illius Ordinario qui pro tempore fuerit, admittendendum fore et in eadam canonice instituendum et inducendum et induci mandandum, sicut consuetum est et fieri debet in aliis beneficijs ecclesiasticis, vlteriusque faciendum et exercendum quod iustum fuerit in hac parte. Et si nos, heredes, vel assignati nostri Capellanum ydoneum ad Cantariam predictam in singulis eiusdem Cantarie vacacionibus infra vnum mensem a tempore vacacionis eiusdem in forma predicta non presentauerimus, seu presentare neglexerimus, Tunc volumus, ordinamus, et concedimus per presentes, quod persona predicte eccl. de Wath qui pro tempore fuerit illa vice et illa vacacione, infra octo dies predictum mensem immediate prox. sequentes,[1] Capellanum ydoneum ad eandem Cantariam prefato Ordinario presentet admittendum, et in eadem Cantaria canonice instituendum et inducendum, sicut predictum est, saluo semper nobis heredibus et assignatis nostris in alia vice et eiusdem Cantarie vacacione quacumque iure nostro alias presentandi ad eandem modo et forma superius expressatis. Et si huiusmodi persona predicte eccl. de Wath qui pro tempore fuerit infra predictos octo dies eidem persone in forma predicta limitatos Capellanum ydoneum ad Cantariam predictam vt predictum est non presentauerit, seu presentare neglexerit, tunc (**88 v.**) volumus, ordinamus, et concedimus per presentes quod Capitulum eccl. Coll. supradicte, illa vice et illa vacacione, infra quindecim dies predictos octo dies immediate prox. sequent. Capellanum ydoneum ad

If the patrons neglect to appoint, the appointing lapses to the rector of Wath.

saving rights of patrons in future cases.

And if he neglects, then the Chapter of Ripon are to present,

[1] MS. has "sequente."

eandem Cantariam prefato Ordinario presentet admittendum fore, et in eadem canonice instituendum et inducendum sicut predictum est, saluo semper nobis her. et assign. n'ris in alia quacumque dicte Cantarie vacacione iure n'ro alias presentandi ad eandem infra vnum mensem post quamlibet aliam eiusd. Cant. vacacionem, ac eciam saluo pref. persone pred. eccl. de Wath qui pro tem. fuerit iure suo alias presentandi ad eandem infra pred. octo dies sibi vt predictum est limitatos modo et forma superius declaratis.

saving the rights of the patrons and of the rectors of Wath in future cases.

Et si idem Capitulum eccl. Coll. pred. Capellanum ydoneum ad Cantar. pred. infra predictos quindecim dies eidem Capitulo limitatos non presentauerit seu presentare neglexerit, tunc volumus ordinamus et concedimus per presentes quod Ca. eccl. Cath. b. Petri Ebor. illa vice et illa vacacione infra duodecim dies predictos quindecim dies [1] prefato Ca. eccl. Coll. pred. in forma predicta limitatos immediate prox. sequentes, Capellanum ydoneum ad Cant. pred. presentet admittendum fore et in eadem Cantaria canonice instituendum et inducendum sicut predictum est, saluo semper nobis her. et assign. n'ris in alia quacumque dicte Cantarie vacacione iure nostro alias presentandi ad eandem infra vnum mensem post quamlibet aliam eiusdem Cantarie vacacionem, ac saluo prefato persone pred. eccl. de Wath qui pro tem. fuerit iure suo alias presentandi ad eandem infra predictos octo dies superius sibi limitatos, ac eciam saluo pref. Ca. eccl. coll. supradicte iure suo alias presentandi ad eandem infra pred. quindecim dies eidem Ca. eccl. coll. supradicte superius limitatos, modo et forma superius expressatis. Et si pred. Ca. eccl. Cath. supradicte infra predictos duodecim dies eidem Ca. eccl. Cath. supradicte superius limitatos Capellanum ydoneum ad Cantar. predictam prefato Ordinario non presentauerit seu presentare neglexerit, tunc vol. ord. et conc. per presentes quod loci illius Ordinarius qui pro tem. fuerit,

If the Chapter of Ripon neglect, then the Chapter of York to present,

saving rights as above, and of Chapter of Ripon.

If the Chapter of York neglect, the ordinary is to confer the chantry and proceed to institution,

[1] Supply here "immediate proxime sequentes" from the next line.

illa vice et illa vacacione, pred. Cantar. Ca. ydoneo libere conferat, vlteriusque circa institucionem et induccionem eiusdem Capellani in eadem Canonice faciat et exerceat quod iustum fuerit in hac parte, saluo semper nobis her. et assign. n'ris imperp'm ac persone pred. eccl. de Wath qui pro tempore fuerit, necnon capitulis supradictis et eorum cuilibet imperp'm, in singulis alijs dicte Cantarie vacacionibus, iure n'ro premisso, scilicet alias presentandi Capellanum ydoneum ad eandem Cantariam prefato Ordinario qui pro tem. fuerit[1] per vices predictas modo et forma superius declaratis et expressatis.

aving rights as above.

Volumus eciam et concedimus per presentes, quod si contingat pred. redd. octo marcarum prefato Joh'i de Threske et succ. s. pred. Cantar. Capellanis in forma predicta concessum a retro fore non solutum in parte vel in toto post aliquem terminum quo solui debeat per quindecim dies, quod tunc bene liceat prefato Joh'i de Threske et succ. s. dicte Cant. Cap'is in pred. manerio cum pertin. ac in omn. alijs terris, tenementis, redditibus, et seruicijs supradictis cum suis pertin. que fuerunt predicti Ricardi Norton defuncti in pred. villa de Norton Conyers in qualibet parcella eorundem distringere, et districciones inde captas abducere, fugare, asportare, et penes se retinere, quousque de arreragijs eiusdem redditus plenarie sibi fuerit satisfactum. In quor. omn. et sing. premissorum fidem et testimonium cuilibet parti huius scripti n'ri indentati quatripartiti, tam sigilla nostra pro nobis, hered., et assign. n'ris quam sigillum pred. Joh'is de Threske pro se et success. s. pred. Cantarie Capellanis sunt appensa. Cuius (89) quidem scripti vna pars penes pred. Joh. de Threske et succ. s. dicte Cantarie Capellanos, altera pars penes nos her. et assign. n'ros, tercia pars (penes)[2] personam predicte eccl. de Wath et succ. s., et quarta pars penes Ca. eccl. Coll. supradicte imperpetuum remanebunt. H. t. Will'mo Tempest, Thoma Markyngfeilde, Rog'o Warde, militibus, Joh'e de

Power to distrain for the eight marks.

[1] MS. has "fuit." [2] Omitted in MS.

Soulby, Joh'e Norton, Joh'e Dene, clericis, Ranulpho Pygott, Will'o Fencotez, Cristoforo Maillore, Will'o Nesfeild, et multis alijs. Dat. apud Norton Conyers, xx^{mo} die mensis Augusti, Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} vicesimo secundo, Regni vero Regis Henrici quinti post conquestum Anglie decimo.

(353) COMPOSITIO FACTA INTER CAPITULUM MONASTERIJ S'CI JOH'IS EUANGELISTE DE PONTEFRACT[1] EX VNA PARTE ET CAPITULUM ECCLESIE COLLEGIATE RIPON EX ALTERA.

Omnibus ad quos presens scriptum indentatum peruenerit, Johannes, Prior Monasterij siue Prioratus S'ci Joh'is Ap'li et Euangeliste de Pontefracto et eiusdem loci Conuentus, salutem in Domino. Sciatis nos, vnanimi assensu et consensu nostrorum per presentes concessisse Capitulo eccl. coll. de Ripon' et eorum successoribus imperpetuum, quendam annuum redditum decem marcarum legalis monete Anglie, percipiend. annuatim de nobis Priore et Conuentu predictis et successoribus nostris imperpetuum; soluend. eidem Capitulo Eccl. Coll. predicte et eorum successoribus aut eorum certo attornato, ad summum altare in eccl. Coll. de Ripon' predict., ad festa Pentecostes et S'ci Martini in yeme vel infra vnum mensem prox. post quodlibet festum Pent. et S. M. in yeme annuatim equis porcionibus imperpetuum recipiendis, super huiusmodi solucione de quolibet festo prenominato literas acquietancie ipsius Capituli eccles. Colleg. predicte et successorum suorum, solucionem illam testificantes et portantes Dat. in domo Capitulari eccl. Coll. de Ripon'; habend. et percipiend. dictum annuum redditum decem marcarum legalis monetae Angliae in forma predicta prefato Capitulo eccl. Collegiate et succ. s. de nobis dictis Priore et Conuentu et succ. n'ris imperpetuum.

1466, Nov. 29. The Prior and Convent of St. John of Pontefract grant an annual rent of ten marks to the Chapter of Ripon, to be paid at the high altar,

Et insuper, Noueritis nos prefatos Priorem et Conuentum concessisse per presentes pred. Ca. eccl. dicte Coll. et succ. s., quod quocienscumque nos prefati

and a fine of 40s. in default of payment when due.

[1] A Cluniac Priory, founded by Robert de Lascy, *c.* 1090. See *Mem. Rip.*, I, 170 *n.*

Prior et Conuentus et successores n'ri defecerimus, aut aliquis success. n'ror. defecerit in futurum in solucione dicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem ad aliquod festum solucionis inde superius limitatum, tociens nos dicti Prior et Conuentus aut successores n'ri soluemus prefato Capitulo eccl. Coll. et succ. s. ad altare predictum quadraginta solidos nomine pene, vna cum arreragijs dicti annui redditus decem marcarum, ad quam quidem solucionem quadraginta solidorum quociens nos dicti Prior et Conuentus seu succ. n. defecerimus, aut aliquis nostrum defecerit in solucione predicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem ad aliquod festum solucionis inde prenominatum, obligamus nos et (**89 v.**) successores nostros in predictis quadraginta solidis per presentes prefato Ca. eccl. Coll. et succ. s. soluendis.

And if they ever allege any writing in exoneration,

Et insuper, noueritis nos dictos Priorem et Conuentum concessisse et per presentes pro nobis et succ. n. prefato Ca. eccl. Coll. pred. et succ. s., quod si nos seu succ. n. allegauerimus, seu aliquis nostrum allegauerit, aliquod scriptum factum vel acquietanciam solucionis dicti annui redditus decem marcarum, vel alicuius parcelle eiusdem, in exoneracionem solucionis predicti annui redditus decem marcarum seu dict. quadraginta solidorum nomine pene pro defectu solucionis dicti ann. redd. decem marcarum, vel alicuius parcelle eiusdem concessum, nisi tantummodo acquietanciam aut scriptum relaxacionis dicti Ca. dicte eccl. Coll. portans Dat. in do. Ca. eccl. Coll. pred. et liberat. in eadem do. Ca., siue aliquam solucionem inde fore faciendam nisi tantummodo ad prefatum summum altare, extunc obligamus nos et succ. n. soluere prefato Ca. eccl. Coll. pred. et succ. s. quinque marcas legalis monetae Angliae pro quolibet festo pro quo nos allegare contigerit aliquam acquietanciam vel scriptum aliquod alibi portans Dat. quam in dicta domo Ca. eccl. dicte Colleg. de Ripon' supradict. seu alibi liberat. quam in eadem domo Ca., aut aliquod aliud in exoneracionem solucionis dicti annui redditus decem

they will pay a fine of five marks.

marcarum vel alicuius parcelle eiusdem, seu dicte summe quadraginta solidorum nomine pene, aut dicte summe quinque marcarum sic racione allegacionis pred. concessarum, nisi tantummodo acquietanciam vel aliud scriptum portans Dat. in do. Ca. supradicta.

Et insuper concedimus per presentes, quod si nos dicti Prior et Conuentus allegauerimus, seu successores nostri allegauerint aliquam aliam solucionem quam ad dictum altare factam, siue aliquod scriptum vel acquietanciam alibi portans dat. quam in dicta do. Ca. eccl. Coll. de Ripon, vel aliquod aliud per nos et succ. n. allegatum vel allegandum fuerit in exoneracionem solucionis dicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem aut alicuius parcelle penarum predictarum, vacuum sit et nullius vigoris.

If they allege any payment to have been made but at the high altar at Ripon, or any acquittance but from the Chapter-house, it shall be null and void.

Et si contingat, quod absit, quod nos dicti Prior et Conuentus seu successores n'ri defecerimus, aut aliquis nostrum defecerit in solucione pred. annui redditus decem marcarum, vel alicuius parcelle eiusdem ad festa predicta et per quinque septimanas post aliquod festum prenominatum, seu in solucione dictorum quadraginta solidorum nomine pene concessorum, vel in solucione quinque marcarum racione allegacionis predicte in forma predicta concessarum, extunc bene liceat prefato Capitulo eccl. Coll. predicte et succ. s. in manerio n'ro de Ledeston cum pert. s. intrare et in eodem distringere, et districciones sic captas abducere, effugare, vel asportare, et penes se retinere, quousque sibi de arreragijs predicti annui redditus decem marcarum et de dicta summa quadraginta solidorum nomine pene, ac summa quinque marcarum nomine allegacionis in forma predicta concessarum, et plenarie fuerit satisfactum et persolutum ad altare predictum.

If they fail to pay, they agree to a distraint on their manor of Ledston.

Et si dictum Ca. eccl. coll. pred. seu succ. s. voluerint in futurum habere presentem cartam renouatam et de nouo sigillatam propter debilitatem seu aliam causam necessariam quamcunque, dicti Prior et Conuentus

If the Chapter at any time wish to have the charter renewed and

resealed, in case of decay, etc., this can be done.

concedunt pro se et succ. s. illam renouare et de nouo per ipsos et succ. s. sigillare super debita et racionabili requisicione per ijdem (*sic*)[1] Ca. eccl. Coll. vel succ. s. sibi facta et in futurum facienda.

They bind themselves by oath.

Et nos dicti Prior et Conuentus ad hec omnia et singula fideliter obseruanda nos et succ. n. in perp. iuramento religionis obligamus.

In cuius rei test. Prior et Conv. vni parti huius scripti indentati penes prefatum Capitulum eccl. Coll. remanenti sig. n. commune apposuimus, et alteri vero parti huius scripti indentati penes prefatos Priorem et Conuentum remanenti pred. Ca. eccl. Coll. antedicte sig. s. commune apposuit. Dat. penultimo die mensis Nouembr. Anno Do^{i} Mill'mo cccc^{mo} lx^{mo} vj^{to}, et anno regni regis Edwardi quarti sexto.

90. (354) FUNDACIO PERPETUE CANTARIE M. JOH'IS SENDALE, CANONICI RESIDENCIARIJ AC PREBENDARIJ PREBENDE DE THORP, IN ECCL. COLLEG. RIPON' IN EADEM FUNDATE PER CAPITULUM EIUSDEM ECCLESIE.

1466, Dec. 12.

Since the Convent of St. John of Pontefract has granted ten marks annually,

Omnibus hanc cartam indentatam visuris vel audituris, Ca. eccl. Coll. de Ripon', sa. in D'no. Cum Joh'es Prior domus siue Prioratus S'ci Joh'is de Pontefracto et eiusdem loci Conuentus et eorum vnanimi consensu et consensu per scriptum suum indentatum, cuius data est penultimo die mensis Nouembr. Anno D'ni Mill'o cccc^{mo} sexagesimo sexto, nobis prefatis Capitulo et successoribus n'ris inperp'm nuper concesserunt quendam annuum redditum decem marcarum sterlingorum percipiend. annuatim de prefatis Priore et Conuentu et successoribus suis imperp'm, soluend. nobis Ca. et succ. n. aut n'ro certo attornato ad summum altare in eccl. Coll. de Ripon' ad festa Pent. et S'ci Martini in yeme vel infra vnum mensem prox. post quodlibet festum Pent. et S'ci Martini in yeme annuatim equis porcionibus imperp'm, Recipiend. super huiusmodi solucione de quolibet festo

[1] For "eosdem."

prenominato literas acquietancie nostri Capituli et successorum n'rorum solucionem illam testificantes, et portantes Dat. in do. Ca. eccl. Coll. de Ripon', habend. et percipiend. dictum annuum redditum decem marcarum sterlingorum in forma predicta nobis prefato Ca. et succ. n'ris de dict. Priore et Conuentu et succ. s. imperp'm ;

Et cum insuper ijdem Pr. et Conu. per idem scriptum suum concesserunt nobis prefatos Ca. et succ. n'ris, quod quocienscumque ipsi Prior et Conu. ac success. sui defecerint, aut aliquis success. suorum defecerit in futurum, in solucione dicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem ad aliquod festum solucionis inde superius limitatum, tociens dict. Pr. et Conv. et successores sui soluent nobis prefat. Ca. et succ. n'ris ad altare predictum quadraginta solidos nomine pene, vna cum arreragijs dicti annui redditus decem marcarum, ad quam quidem solucionem quadraginta solidorum quociens dict. Pr. et Conu. seu successores sui defecerint, aut aliquis success. suorum defecerit in solucione predicti redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem, ad aliquod festum solucionis inde prenominatum, obligarunt ipsos Priorem et Conuentum et succ. s. in dicta quadraginta solidorum per predictum scriptum suum nobis prefato Capitulo et success. n'ris soluenda.

and since they will pay a fine of 40s. in default of payment of the above when due,

Et cum insuper ijdem Pr. et Conu. per idem scriptum suum pro se et succ. s. concesserint imperp'm nobis pref. Ca. et succ. n. quod si ipsi Pr. et Conu. seu succ. s. allegauerint, seu aliquis nomine suo allegauerit, aliquod scriptum factum vel acquietanciam solucionis dicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem, in exoneracionem solucionis dicti annui redditus decem marcarum seu dict. quadraginta solidorum nomine pene pro defectu solucionis dicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem concessarum, nisi tantummodo acquietanciam aut scriptum relaxacionis nostri Capituli portans Dat. in do. Ca. eccl. Coll. de Ripon' predict. et liberat. in eadem domo Ca., siue aliquam

and of five marks in case of excuse as above, p. 264.

solucionem inde fore fiendam nisi tantummodo ad summum altare predictum, quod extunc obligarunt ipsos Priorem et Conv. et succ. s. soluere nobis prefat. Ca. et succ. n. quinque marcas sterlingorum pro quolibet festo pro quo ipsos allegare contigerit aliquam acquietanciam vel scriptum aliquod alibi portans datam quam in dicta do. Ca. eccl. Coll. de Ripon' supradicte seu alibi liberat, quam in eadem do. Ca. aut aliquod aliud in (90 v.) exoneracionem solucionis dicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem, seu dicte summe quadraginta solidorum nomine pene, aut dicte summe quinque marcarum sic racione allegacionis predictarum concessarum, nisi tantummodo acquietanciam vel aliquod scriptum portans Dat. in do. Ca. supradicta.

and agree that any informal allegation shall be null and void,

Et cum ijdem Pr. et Conu. insuper per idem scriptum suum concesserunt quod si pred. Pr. et Conu. seu succ. s. allegauerint aliquam aliam solucionem quam ad dictum altare, siue aliquod scriptum siue acquietanciam alibi portans dat. quam in dicta do. Ca. de Ripon', vel aliquod aliud per ipsos seu success. suos allegatum vel allegandum fuerit in exoneracionem solucionis dicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem aut alicuius parcelle penarum predictarum, quod vacuum sit et nullius vigoris.

that the Chaplain shall have power to distrain,

Et si contingat, quod absit, quod dict. Pr. et Conu. seu succ. s. defecerint, aut aliquis succ. suorum defecerit in solucione pred. annui redditus decem marcarum, vel alicuius parcelle eiusdem, ad festa predicta, per quinque septimanas post aliquod festum prenominatum, seu in solucione dict. quadraginta solidorum nomine pene concessorum, vel in solucione dictarum quinque marcarum racione allegacionis predicte in forma predicta concesse, extunc bene liceat nobis Capitulo et succ. n'ris in manerio ipsorum Pr. et Conu. de Ledeston in Westridyng in Com. Ebor. cum pertin. suis intrare, et in eodem distringere, et districciones sic captas abducere, asportare, et effugare, ac penes nos retinere, quousque nobis de

arreragijs predicti annui redditus decem marcarum et de dicta summa quadraginta solidorum nomine pene in forma predicta concessa plenarie fuerit satisfactum et persolutum ad altare predictum.

Et si nos dictum Capitulum voluerimus, seu succ. n. voluerint in futurum habere dictum scriptam indentatum renouatum et de nouo sigillatum propter debilitatem seu aliam causam necessariam quamcunque, predict. Pr. et Conu. pro se et succ. s. concesserunt per idem scriptum suum, illud scriptum renouare, et de nouo per ipsos et succ. suos sigillare super debita et racionabili requisicione per nos prefat. Ca. et succ. n'ros sibi facta siue in futur. facienda.

that the writings can be renewed if necessary,.

Et vlterius pref. Pr. et Conu. ad hec omnia et singula fideliter obseruanda per idem scriptum suum obligarunt se et succ. s. imperp'm iuramento religionis, prout in eodem scripto indentato inde facto plene liquet.

and that the Convent have obliged themselves by oath,

Sciatis nos pref. Capit. pro nobis et succ. n. tradidisse et concessisse per presentes Ricardo Lucas, Capellano Cantarie M. Joh'is Sendale in eccl. Coll. de Ripon' predict. et succ. s. imperp'm predictum annuum redditum decem marcarum ad predicta festa Pentecostes et Sancti Martini in yeme vel infra vnum mensem prox. post quodlibet festum Pent. et S'ci Mart. in yeme equis porcionibus annuatim ad summum altare predictum in predicta eccl. coll. de Ripon', de predict. Priore et Conuentu et succ. s. imperpetuum habend. et percipiend. dictum annuum redditum decem marcarum sterlingorum in forma predicta prefato Capellano Cantarie predicte et succ. s. de prefatis Priore et Conuentu et succ. s. in satisfaccionem sustentacionis sue, in li. pur. et perp. el., imperpetuum.

We the Chapter of Ripon have granted the aforesaid rent of ten marks to Sendale's Chantry.

Et si contingat quod dict. Pr. et Conu. seu successores sui defecerint, aut aliquis eorum defecerit, in solucione predicti annui redditus decem marcarum vel alicuius parcelle eiusdem ad festa predicta et per quinque septimanas prox. post aliquod festum prenominatum, extunc (91) bene liceat prefato Capellano Cantarie predicte

If the Convent fail to pay, the Chaplain can distrain,

et succ. s. ac suis attornatis assignatis seruientibus et ministris in predicto manerio ipsorum Pr. et Conu. de Ledeston in Com. Ebor. cum pert. s. intrare et in eodem distringere, et districciones sic captas abducere, fugare, siue asportare, et penes se retinere, quousque sibi de arreragijs predicti annui redditus decem marcarum plenarie fuerit satisfactum et persolutum ad altare predictum, sine clameo vel impedimento dictorum Prioris et Conuentus vel successor. s. imperpetuum.

and if he wish to have the writings renewed, they can be.

Et si dictus Capellanus Cantarie predicte aut succ. s. voluerint in futur. habere presentem cartam renouatam, de nouo scriptam, et de nouo sigillatam, nos prefat. Capitulum pro nobis et succ. n. concedimus eidem Capellano Cantarie predicte et succ. s. per presentes, illam renouare de nouo, scribere, et de nouo sigillare, ac eidem Capellano Cantarie predicte et succ. s. eandem deliberare super racionabili requisicione per ipsum Capellanum Cantarie predicte vel succ. suos nobis prefato Capitulo aut succ. n'ris inde facienda.

The two parts of the indenture are sealed by the Chapter and the Chaplain respectively

In cuius rei test. nos prefatum Capitulum vni parti huius Carte indentate penes prefatum Capellanum Cantarie predicte remanenti sig. n'rum commune apposuimus, alteri vero parti huius carte indentate penes nos prefat. Ca. remanenti, dictus Capellanus Cantarie predicte sigill. suum apposuit.

Dat. duodecimo die mensis Decembr. Anno D'ni Mill'mo quadringentesimo sexagesimo sexto, et anno regni Regis Edwardi iiij[ti] sexto.

(355) (Concerning the grant of ten marks for Sendale's Chantry).

1406, Dec. 24.

91 v. Omnibus ad quos presens carta indentata peruenerit, Johannes, Prior Monasterij, Domus, siue Prioratus Sancti Johannis Ap'li et Euangeliste de Pontefracto et eiusdem loci Conuentus, salutem. Cum nos vnanimi consensu et assensu nostris per scriptum nostrum indentatum cuius data est penultimo die mensis Nouem-

Above, p. 263.

bris, Anno D'ni Mill'mo cccc^{mo} lx sexto, et anno regni Regis Edwardi quarti sexto nuper concessimus Capitulo eccl. Colleg. de Ripon' et eorum successoribus imperpetuum quendam annuum redditum decem marcarum (*as in Mem. Rip.*, I, 173–181).[1]

(356) (Royal licence for Sendale's Chantry).[2]

93 v. Edwardus Dei gra. Rex Anglie et Francie et d'ns Hibernie, omnibus ad quos presentes litere peruenerint, salutem. Sciatis quod ex certa sciencia et mero motu nostris, de gracia nostra speciali, et ad laudem et honorem Dei et gloriose Virginis Marie matris eius, omniumque Sanctorum, concessimus et licenciam dedimus per presentes pro nobis et hered. n'ris, quantum in nobis est, Johanni Sendale, clerico, canonico Eccl. Coll. de Ripon' in Com. Ebor., quod ipse vel executores sui, seu eorum aliqui vel aliquis, ob specialem deuocionem quam idem Joh'es habet ad Sanctam Petrum et Paulum ac sanctum Wilfridum, vnam cantariam perpetuam de vno Capellano perpetuo diuina in Eccl. Coll. predicta pro anima dicti Johannis et animabus omnium pro quibus dictus Joh'es exorare tenetur, ac animabus omnium fidelium defunctorum, iuxta ordinacionem eiusdem Johannis vel executorum suorum aut eorum aliquorum vel eorum alicuius in hac parte faciendam celebraturo imperpetuum, facere, fundare, erigere, stabilire, et creare posset et possint, et quod dicta Cantaria in Eccl. predicta fundanda, cum erecta, creata, fundata, et stabilita fuerit, et successores sui Capellani Cantarie illius sint vnum corpus perpetuum in re et nomine, ac persone habiles et capaces in lege ad perquirend. terras et tenementa, redditus et annuetates in feodo et perpetuitate, tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum, habeantque et eorum quilibet habeat successionem perpetuam, et quod primus Capellanus Cantarie predicte in Ecclesia de Ripon' 1466, Oct. 25.

---

[1] In p. 173, the last blank space should have "solucione, in." In p. 177, l. 9, read "antedictæ"; l. 14, "remanent."

[2] Pat. 6 Ed. IV, p. 1, m. 3.

fundande, cum Cantaria illa fundata, erecta, creata, et stabilita fuerit, et successores (**94**) sui Capellani Cantarie illius Capellani Cantarie Johannis Sendale in Eccl. de Ripon' imperpetuum nuncupentur, et per huiusmodi nomen in et pro omnibus cantariam illam tangentibus placitare et implicitari, respondere et responderi possit et possint in quibuscumque curijs et placeis in omnibus et singulis accionibus realibus, personalibus, et mixtis, coram quibuscumque Judicibus spiritualibus et temporalibus, tam coram nobis et heredibus nostris quam in quibuscumque alijs Curijs nostris et heredum nostrorum, ac alijs Curijs spiritualibus et temporalibus quibuscumque imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendo, aut aliquo alio statuto facto non obstante. In c. r. t. has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium, vicesimo quinto die Octobris, anno regni nostri sexto.

Per breue de priuato sigillo et de data predicta, auctoritate Parliamenti. Pagett.

94 v. (357) CONUOCACIO GENERALIS (*etc., as in Chapter Acts,* 253, *adding to heading*), CUM CONTINUACIONE DIERUM ET HORARUM SEQUENCIUM, AC ECIAM PROROGACIONE EARUNDEM.

1502-3, Feb. 6. Propter honorem (*etc., nearly as in Chapter Acts,* 253–257, *line* 16, *where, after* " transmissas," *the Ingilby MS., fo.* **95**, *goes on as follows* :—

Letter from Archbishop Savage. Quarum tenor sequitur in hec verba; Right trusti and right wel beloued in God, I hertely gret you well, and let you witte I ame credible enformed ther is withynne my toune of Ripon an olde Church in Stamersgate wich of Auncient tyme was an hous of Religion, and now noo maner livelood to hit belongynge wherby divyne seruice shuldbe susteyned and maynteyned to Godes pleasur; Wherfor and in somych as ye be in no wyese proufited therby, but rather charged with reparac'ones of the said Church if ye woll be of soe gude willes and mynde that I may haue hit of your geifte with a litle garthen grounde

The old church (of St. Mary) in Stammergate.

to the same belongyng night[1] adioyny'ge therunto to me and myne assignes, wherof I hertely pray you I truste to emploie hit to such an vse as shalbe to the pleasur of God, weall and proufite of my said toune,[2] and for your indempnite ye shall haue a yerely and a conuenient rentte for the same as shalbe accoorded. And if at this my contemplac'on ye cane thus be content and pleased aftur your special graunte therof made at thys tyme I shall apointe my couneseill with good deliberac'on to devise writyngges sufficiently to be made of yo[r] said graunte and of otho[r] the c'cumstaunces of this mateir sethen this my dissire shalbe proufitable vnto you and thaccomplechment therof to my synguler pleaso[r] I therfo[r] eftesoones pray you for the said maitier acertynnyng you the cause purpoosed conscidered ye shall not oonly therinne deserue of me especial gramercies but also doe thynge (**95 v.**) thankfull to God whoe kepe you. At my Castell of Cawode the v[th] day of February.

Yours Tho'as Ebor. *Subscripcio earundem literarum.*

To the Worshipfull and my right welbeloued in God Docto[r] Bryndeholme and M. Andreas Newman, Residenciaries in my College Chirch of Ripon and to ather of theym be thys deliu'yd, vt idem Reuerendissimus (*etc., as far as* "secundum ratam" *in Chapter Acts, p.* 260, *line* 23; *Ing. MS., fo.* 96, *paragraph* 4). *Superscripcio dictarum literarum.*

96. (358) CONSTITUCIO PROCURATORUM PER M. RIC'M BRYNDHOLME.

Isto die, viz. decimo die mensis Maij Anno D'ni Mill'mo quingentesimo tercio in domo Capitulari Eccl. Coll. Ripon', hora quasi quarta post meridiem eiusdem diei in presencia tocius Capituli, venerabilis vir M. Ric'us Brindeholme, Decretorum Doctor, Prebendarius prebende de Stodeley in eadem Ecclesia, dilectos sibi in Xpo M. Thomam Pexhall in Decretis Bachallarium, et d'nm Will'm Stable, Capellanum, suos veros, certos, et legitimos 1503. May 10.

[1] So in MS., for "nigh." [2] *Chapter Acts*, 257, note 1.

procuratores, actores, factores, ac negociorum suorum (**96 v.**) infrascriptorum gestores et nuncios speciales ordinauit, fecit, constituit, et solempniter creauit apud acta, deditque et concessit prefatus constituens dictis procuratoribus suis coniunctim potestatem generalem et specialem ac mandatum generale et speciale pro se et nomine suo ac prebende sue predicte coram venerabili Capitulo Eccl. Coll. Ripon', quocienscumque opus fuerit, et ipsum constituentem abesse contigerit, comparendi et interessendi, eundemque et eius iura in omnibus et per omnia defendendi, necnon communicandi, tractandi, et consulendi ac eciam consenciendi, una cum venerabili Capitulo antedicto, de et in omnibus et singulis ad honorem Dei ac statum et vtilitatem eiusdem Ecclesie habendis et ordinandis et statuendis, ac eciam ad vicariam perpetuam de Stodeley in Eccl'ia Coll. predicta ad presentacionem eiusdem Prebendarij quocienscumque vacare contigerit spectantem, Capellanum ydoneum dicto venerabili Capitulo nomine suo presentandi, necnon quamcunque cantariam in dicta eccl. Coll. quouismodo vacantem alicui Capellano ydoneo alternis vicibus sibi competenti nomine suo conferendi, *etc.*, cum omnibus et singulis clausulis necessarijs et oportunis.

Two proctors to represent him in Chapter in his absence.

(359) CONTINUACIO CONUOCACIONIS AD INDIES.

Prorogation.

Presidentes capituli continuarunt (et prorogarunt, *Chapter Acts*, 260) huiusmodi Conuocacionem generalem vsque (8 a.m. on the morrow, *etc.*, *as in Chapter Acts, p.* 260, *with slight verbal differences*).

AUGMENTACIO FEODI COMMISSARIJ CAPITULI.

The fee of the Commissary to be raised to 2s. at each admission.

Item statutum est in presenti Conuocacione generali, quod de cetero imperpetuum Commissarius noster generalis pro tempore existenti recipiet duos solidos legalis monete Anglie pro laboribus suis, de singulis Prebendarijs, Cantaristis, et Vicarijs in primis admissionibus suis ad aliquam Prebendam, Cantariam, seu Vicariam in dicta Ecclesia nostra Collegiata.

STATUTUM SUPER ADMISSIONE CANTARISTE IN DICTA ECCLESIA, AC ECIAM MINISTRORUM EIUSDEM ECCLESIE.

Cum sit prius statutum per venerabiles antecessores nostros de et super admissione ministrorum in ecclesia Coll. Ripon' ob salutem animarum parochianorum eiusdem et diuini cultus augmentum in eadem habendum, Nos Andreas Newman, Prebendarius Prebende de Sharow ac Canonicus Residenciarius in eadem, ac eciam Presidens Capituli eiusdem ecclesie, et M. Thomas Bakhows, Prebendarius Prebende de Stanewygges in eadem, et Rector Chori eiusdem, cum consensu procuratorum Canonicorum tunc absencium huiusmodi statutum approbantes, tamen eidem ob defectum cantatorum sufficiencium ibidem plus quam solitum ministrancium, addendo statuimus et ordinamus, quod nullus vicarius ad aliquam vicariam in dicta Ecclesia de cetero admittatur nisi inuentus fuerit habilis et ydoneus moribus et sciencia ad ministrand. sacramenta et sacramentalia parochianis ibidem, et quod scit distincte et aperte cantare cantum planum et eciam fractum.[1]

No vicar to be admitted unless qualified not only in other ways but as a singer.

Must know both plainsong and pricksong.

(From the fairer copy referred to in the sidenote, on what is now fo. 102 v.)

A. Item statutum est quod nullus Capellanus (ad aliquam Cantariam perpetuam)[2] in dicta Ecclesia nostra Collegiata fundata[3] de cetero admittatur nisi scit distincte cantare cantum, videlicet ad minus planum. Protestamur tamen nos Capitulum antedictum puplice et expresse per presentes quod non fuit[4] nec est intencionis nostre racione statuti nostri predicti aliquo modo excludere vel impedire

***Presens Statutum perfeccius registratur in vijmo folio presentis libri sequente ad tale signum* A.**

Superliniacio cancellacio, subliniacio, et deformacio presentis statuti fuerunt ex necligencia et defectu scribentis.

---

[1] "Pricksong" is the proper translation of "cantus fractus," as given in the text a little below. "Both the Latin and the English term are of course derived from the appearance and method of the harmonised music of the day, which to a considerable extent took some well-known melody and "broke it up," as it were, by setting another voice to sing simultaneously a more florid melody, which was noted in little diamond-shaped notes or pricks against (over) the long notes of the plainsong." MS. letter from Rev. W. H. Frere.

[2] Over "Cantarie alicuius perpetue" erased.

[3] "ad aliquam Cantariam perpetuam," erased, here follows.

[4] "non fuit" is omitted in the first copy, fo. 96 v.

A Chantry-priest must know plain-song at least, but this is not to prevent the admission of Mr. John Wall.

admissionem canonicam d'ni Johannis Wall, Capellani, Commissarij nostri, admittendi[1] ad aliquam Cantariam perpetuam in dicta Ecclesia nostra Collegiata fundatam imposterum[2] vacaturam, si ad aliquam earundem sic vacantem ipsum d'nm Joh'em Wall in futurum per quemcumque seu quoscumque Jus presentandi nominandi, prouidendi, seu assignandi ad ipsam Cantariam[3] habentem seu habentes quandocumque et quocienscumque presentari, nominari, prouideri, vel assignari contigerit,[4] non obstante defectu eius insciencie in aliquo cantu, quia quamuis ei desit sciencia perfecte et distincte cantandi, tamen reputamus eius discrecionem et bonam famam cum alijs virtutibus quibus, Deo dante, induitur, ipsam virtutem cantandi deentem supplere.[5]

superliniacio et cancellacio presentis statuti fuerunt ex defectu scribe predicti capituli.

No deacon to be admitted without a knowledge of plainsong and pricksong.

(97) Item, statutum est quod nullus diaconus ad aliquod stallum diaconatus officij in Choro dicte Ecclesie de cetero quouismodo admittatur nisi scit distincte cantare cantum planum et eciam fractum, viz. prykesange.[6]

No thuribler without plainsong.

Item, quod nullus Thuribularius ibidem admittatur, nisi scit distincte cantare cantum planum.

Choristers according to former usage.

Item de admissione Choristarum in eadem Ecclesia ministraturorum, ordinamus et definimus prout prius ordinatum est, et eciam ex antiquo vsitatum.

Chantry priests to have stalls assigned to them, that each may know his own.

Item statutum est in ista Conuocacione generali quod certa stalla perpetua assignantur in Choro ecclesie nostre Colleg. Ripon' Capellanis perpetuis Cantariarum perpetuarum in eadem Ecclesia fundatarum, et quilibet Capellanus perpetuus huiusmodi Cantariarum agnoscat

---

[1] "admittendi" omitted fo. 96 v.

[2] "inposterum" fo. 96 v.

[3] For "Cantariam" fo. 96 v. has "sic vacantem."

[4] Next follows in fo. 96 v., "quamuis ei desit sciencia perfecte et distincte cantandi, quia reputamus," etc.

[5] In the lower margin of fo. 96 v. is the note "Admissio d'ni Joh'is Wall ad Cantariam S'ce Trinitatis in naui Ecclesie fundatam."

[6] See p. 275, note 1.

stallum proprium Cantarie sue assignandum, in quo possit iuxta ordinacionem fundacionis Cantarie sue Deo famulari.

Sextodecimo die mensis Marcij, Anno D'ni Mill'mo Quingentesimo tercio in domo Capitulari Eccl. Coll. Ripon', Magister Andreas Newman, Prebendarius prebende de Sharow in eadem ecclesia ac Canonicus Residenciarius in eadem et Residens Capituli eiusdem, consensu pariter et assensu Capituli predicti, assignauit Capellanis perpetuis Cantairarum (*sic*) in Eccl. Coll. predicta fundatarum presentibus et futuris stalla sua perpetua in Choro eiusdem ecclesie iuxta effectum statuti proxime precedentis inde canonice editi modo viz. et forma subscripta.

1503-4. Mar. 16.

Mr. Andrew Newman assigned their stalls.

In primis, assignauit Capellano perpetuo Cantarie perpetue infra Manerium d'ni Archiepiscopi apud Ripon' fundate, et successoribus suis canonice intrantibus, stallum primum et principale ex parte australi in Choro eiusdem ecclesie iuxta stallum prebendarij prebende de Stanewyggez notorie situatum.

Assignacio stallarum in choro Ecclesie Coll. Ripon' Capellanis perpetuis Cantariarum in eadem fundatarum.

Item, assignauit secundum stallum huic proxime adiungens versum orientem Capellano Cantarie perpetue ad altare Omnium Sanctorum [1] in naui Ecclesie pro anima M. Joh'nis Sendall fundate.

Item, tercium stallum assignauit Ca. Cant. perp. ad altare S'ci Joh'nis Ap'li et Euangeliste fundate et ordinate.

Item, quartum stallum assignatur Ca. Cant. perp. fundate ad altare S'ci Jacobi Ap'li.

Item, quintum stallum assignauit Ca. Cant. perp. fundate ad altare S'ci Andree Ap'li.

Item, assignauit primum stallum ex parte boriali eiusdem Chori proxime adiungens p (?)[2] stallis prebendarijs

[1] See pp. 271, 276*n*, and *Mem. Rip.*, II, 17, as to dedication.

[2] The character is something like p with contraction-mark; perhaps meant for "pre," in front of.

ibidem assignatis, Ca. perp. Cant. perp. fundate ad altare beate Marie Virginis in Alta Capella beate Marie vulgariter nuncupata the Lady Lofte.

Item, secundum stallum assignauit Ca. Cant. perp. ad altare S'ci Tho'e Martiris fundate.

(97 v.) Item, tercium stallum assignauit Ca. Cant. perp. fundate ad altare S'ce Trenitatis ex parte orientali eiusdem ecclesie.

Item, quartum stallum assignatur Ca. Cant. perp. fundate ad altare Assumpcionis beate Marie Virginis.

Item, quintum stallum assignatur Ca. Cant. perp. fundate in honore S'ci Wilfridi Ep'i et Confessoris.

Item, statutum est quod quilibet Capellanus perpetuus cuiuscumque Cantarie perpetue predicte presens et futurus incedat in omnibus processionibus secundum eius senioritatem, prout hactenus ibidem vsitatum est.

(360) STATUTA CANONICORUM ECCL. COLL. RIPON' IN SUA CONUOCACIONE GENERALI IBIDEM EDITA IN PRESENCIA REVERENDISSIMI IN XPO PATRIS ET DOMINI D'NI THOME, DEI GRACIA EBOR. ARCHIEPISCOPI, ANGLIE PRIMATIS, ET APOSTOLICE SEDIS LEGATI.

1504, May 2. Three Canons present in person, the others by proxy, appear before Archbishop Savage, and with his consent give the following statutes.

Vicesimo secundo die mensis Maij, Anno D'ni Mill'mo quingentesimo quarto, in domo capitulari Eccl. Coll. Ripon', M. Andreas Newman, Prebendarius prebende de Sharow in Eccl. Coll. predicta, ac Canonicus Residenciarius in eadem, M. Ric'us Bryndeholme, Decretorum Doctor, Canonicus et Prebendarius de Stodeley in eadem, M. Thomas Bakehowse, Can. et Preb. prebende de Stanewygges in eadem personaliter, ac ceteri Canonici et Prebendarij prebendarum in dicta Eccl. Coll. per procuratores, vt supra, comparentes, in presencia Reuerendissimi in Xpo patris et domini, d'ni Thome, Dei gracia Ebor. Archiepiscopi, Anglie Primatis, et Apostolice sedis legati, cum consensu prefati Reuerendissimi patris et tocius Capituli antedicti, quedam statuta

salubria in ista conuocacione generali propter honorem Dei et diuini cultus augmentum in dicta Ecclesia Collegiata habenda ordinarunt, statuerunt, et decreuerunt prout sequitur.

In primis statutum est in ista Conuocacione generali, quod summum altare in choro eiusdem ecclesie per ministros eiusdem ad hoc deputatos venerabiliter custodiatur ad laudem Dei, et quod semel in ebdomada per Thesaurarium seu eius deputatum honeste videatur et obseruetur, tam in luminaribus quam eciam locione linthiaminum, et omnium aliorum necessariorum ad predictum altare pertinencium, et presertim quod lumen continue habeatur coram Sacramento.

The High Altar to be reverently cared for, and once a week be supplied by the Treasurer with all things necessary, especially the light before the Sacrament.

Item, statutum est quod psalmodia cum bona et congrua pausa ab omnibus ministris chori de cetero ad laudem Dei et deuocionem audiencium psalmodizetur.

The psalms are to be chanted with the proper pause.

(98) Item, statutum est quod Campane per sacristam in horis congruis et per tempus consuetum ad matutinas, primam, missam, vesperas, et ignitegium, tam propter ministros ecclesie quam peregrinos venientes et tempore estiuali et yemali debite pulsentur.

The bells are to be daily rung by the sexton at the proper hours, including curfew.

Item, statutum est quod omnes ministri Ecclesie qui tenentur horis canonicis cotidie interesse absque licencia speciali sint in habitis suis infra chorum ad incepcionem matutinorum vel saltim ante Gloria Patri prox. post psalmum Venite, et sic ante Gloria Patri in qualibet hora canonica, sub pena limitata per statuta inde prius edita.

All ministers bound to the canonical hours must attend daily in their habits and must be in good time.

Item statutum, decretum, et ordinatum est in ista Conuocacione generali, quod omnes presbiteri habentes Cantarias in dicta Ecclesia Collegiata fundatas qui longo tempore transacto habuerunt, et in presenti habent, ob honorem Dei et diuini cultus in dicta ecclesia habendi augmentum, vsum almiciorum de le Calayber,[1] tam ipsi

Chantry priests are to have almuces of calaber as at York and Beverley, and are to minister in choir.

[1] A fur of some foreign species of squirrel, perhaps from Calabria. See N.E.D.

quam ipsorum successores omnes et singuli canonice intrantes, habebunt imperpetuum vsum Almiciorum de le Calayber in eodem statu quali sunt persone in ecclesia metropolitica beati Petri Ebor. talibus Almucijs vtentes et eciam Cantariste in Ecclesia Collegiata beati Johannis Beuerlaci, et quod eodem modo admittantur ad diuina in choro dicte Ecclesie ministrand. ad nutum et preceptum Residenciariorum in dicta Ecclesia residencium et in eorum absencia ad preceptum Rectoris chori, et quod diebus festiuis adiuuent chorum in cantu et psalmodia.

Vicars are to be ready on all feast days to officiate in choir as called upon.

Item statutum est quod Vicarij chorales eiusdem Eccl. Coll. obsequentes sint in omnibus festis principalibus et eciam omnibus alijs ad omnia et singula diuina perimplenda et celebranda in dicto choro ad mandatum dictorum Residenciariorum, et in eorum absencia ad mandatum Rectoris chori eiusdem, absque murmuracione propter meritum.

Deacons, etc., are to frequent the grammar schools and song-schools.

Item statutum est quod Diaconi, Subdiaconi, Thuribularij, et Choriste eiusdem Ecclesie Collegiate debite et solicite frequentant scolas gramaticales, et eciam cantuales, ut fructus vberius in vinea Dei ampliatur et augeatur, et hoc sub pena expulcionis ab officijs suis.

Mr. John Hawkyns the treasurer is to do his duty.

Item, statutum et ordinatum est quod M. Joh'es Hawkyns, Thesaurarius modernus Eccl. Coll. predicte, debite in omnibus et per omnia perimpleat officium suum iuxta statuta et consuetudines laudabiles dicte Ecclesie nostre Collegiate proinde edita et vsitata, prout omnes et singuli predecessores sui debite perimpleuerunt.

CONFIRMACIO D'NI ARCHIEPISCOPI EBOR. OMNIUM[1] STATUTORUM IN PRESENTI CONUOCACIONE ORDINATORUM.

The Archbishop's Confirmation

Memorandum quod omnia et singula statuta premissa Reuerendissimus in Xpo pater et dominus d'ns Tho'as, Dei gracia Ebor. Archiepiscopus Anglie Primas et Apostolice sedis legatus ad speciale rogatum tocius Capituli antedicti matura deliberacione ac tractatu super huius-

[1] A word erased here, beginning with "pre."

modi statutis prius habitis, in omnibus, quantum ad officium suum pastorale attenuit, pro se et successoribus suis imperpetuum duraturis approbauit, ratificauit, auctorizauit et confirmauit eo qui sequitur verborum sub tenore :—

In Dei nomine, Amen. Nos Thomas, permissione diuina Ebor. Archiepiscopus, Anglie Primas, et (**98 v.**) Ap'lice sedis legatus, publice pro tribunali in domo capitulari Eccl. nostre Colleg. Ripon', secundo die mensis Maij, Anno D'ni Mill'mo quingentesimo quarto tunc ibidem sedentes, attendentes quod memorata Statuta omnia et singula per dilectos filios nostros Capitulum Eccl. Coll. nostre Ripon' antedicte in ista sua conuocacione sua (*sic*) generali ordinata, decreta, edita, celebrata, et salubriter diffinita, ac in presencia nostra per Magistrum Thomam Magnus,[1] (*sic*) Secretarium nostrum, ex mandato nostro publice ibidem perlecta, ad Dei laudem ac diuini cultus in dicta ecclesia nostra Collegiata augmentum habenda sunt salubriter ordinata, edita, et celebrata; Idcirco ea omnia et singula statuta ad specialem requisicionem tocius Capituli Eccl. nostre Coll. antedicte, auctorizamus, acceptamus, et approbamus, ac ea omnia et singula sic debere fieri et imperpetuum obseruari decernimus, diffinimus, pronunciamus, ac tenore presencium auctoritate nostra pontificali confirmamus.

1504. May 2. Abp. Savage.

(361) STATUTUM PRO OBSEQUIJS ATHELSTANI REGIS ET ALIORUM REGUM ANGLIE, NECNON PONTIFICUM EBOR. AC CANONICORUM ISTIUS ECCLESIE, ET OMNIUM BENEFACTORUM EIUSDEM QUATER IN ANNO SOLEMPNITER CELEBRANDIS.

Cum sit statutum per antecessores nostros Canonicos istius Ecclesie in quadam Conuocacione generali in domo Capitulari ibidem per ipsos celebrata, viz. in crastino Sancti Marci Euangeliste Anno D'ni Mill'mo quadringentesimo primo, prout in Registris nostris per nos propter

Ancient custom.

1401, April 26.

[1] Thomas Magnus was Archdeacon of the East Riding, Canon of Beverley, and was in 1509 an executor of Archbishop Savage. Leach, *Beverley* (Surtees), II, xciv.

huiusmodi ac alia diuersa consciencias nostras concernencia effectualiter scrutatis, planissime apparet quod quolibet mense vno die quo commodius fieri poterit fiant exequie solempnes in choro pro animabus Athelstani Regis et aliorum regum et pontificum ac canonicorum et benefactorum Ecclesie Ripon'.

A service for King Athelstan once a month.

Item quod quolibet anno vno die fiant generales et solempnes exequie predicti Athelstani Regis, in quibus conueniant omnes fugitiui ad Eccl'iam et solempniter classicum [1] pulsent, et in missa offerant; qui vero absens fuerit soluat fabrice eccl'ie xijd. Item quod quilibet fugitiuus in prima admiscione sua ad libertatem istius Eccl'ie de obseruando predicta statuta corporale pristabit Juramentum. Nos vero Capitulum modernum huiusmodi statuta in domo nostra Capitulari in presenti nostra Conuocacione generali fecimus publice perlegi, et an huiusmodi statuta fuerint temporibus transactis plene in omnibus obseruata an non, et per inquisicionem nostram super premissis diligenter factam ex relacione seniorum ministrorum eiusdem Eccl'ie nostre compertum est huiusmodi Statuta non fuisse plene obseruata in aliquo tempore transacto, viz. infra tempus in memoria eorundem existens, sed quod tantum semel exequie solempnes prefati Athelstani Regis fuerunt annuatim celebrate, et quod statutum, quantum ad fugitiuos predictos, nullo modo ex multo tempore preterito fuit aut est in presenti obseruatum. Ea propter nos Capitulum antedictum, nolentes huiusmodi statuta salubria antecessorum nostrorum in omnibus penitus extingui, sicut nec debemus, attendentes tamen huiusmodi statuta fuisse et esse in parte nimis onerosa ministris eccl'ie n're, et presertim sex vicarijs omnimodam curam animarum parochianorum et eiusdem eccl'ie habentibus, considerantes eorundem intollerabiles vigilias et sudores quibus cotidie noctuatimque hijs temporibus grauibus et varijs infirmitatibus inter parochianos plus solito concrescentibus pregravantur, quatenus cum Deo super hoc misericorditer possumus dispensari huiusmodi statuta, decernimus nostrum per

Also one once a year, at which the sanctuary men are to be present, and perform certain duties.

We find that the statutes concerning these services have not been fully observed,

but that only the year's mind has been kept, and that what relates to the sanctuary men has not been and is not observed.

We do not wish the statutes to be of none effect, but as they have been burdensome to the ministers, and especially to the vicars, considering

[1] A peal on all the bells (classicum).

decretum permutari taliter statuendo et ordinando quod de cetero imperpetuum quater in anno fiant per vicarios perpetuos eiusdem Ecclesie et ceteros ministros ibidem, videlicet omnes et singulos diaconos, subdiaconos, turibularios, et choristas exequie solempnes, viz. cum novem leccionibus in choro Ecclesie predicte pro animabus Athelstani Regis et aliorum regum et pontificum ac canonicorum et omnium benefactorum Eccl'ie n're antedicte omnino ante vesperas ferie quinte ante sextam feriam quatuor temporum cum missa solempni de Requiem in eadem sexta feria hora consueta et alijs exequijs vsitata ibidem celebranda. Et quilibet fugitiuus ad dictam (99) libertatem admissus, et eciam de cetero admittendus, intersit huiusmodi exequijs et missis, et solempniter classicos pulsent, ac oracionibus suis tempore huiusmodi exequiarum et missarum diligenter vacent et intendant[1]; qui vero absens fuerit soluat fabrice eccl'ie pro qualibet vice quatuor denarios.

their insupportable watchings and labours day and night among the parishioners, we decree that the service shall be four times a year.

Every sanctuary man is to attend and take his part.

Item statutum est quod quater in anno, viz. in feria quinta predicta, preco communis ville Ripon' pro tempore existens transibit circuitum consuetum cum campana orando viua voce pro animabus Athelstani Regis et aliorum predictorum.

The town crier is to go round with his bell praying for the souls of Athelstan and others.

Item statutum est quod specialis mencio pro exequijs et missis vt supra solempniter celebrandis absque moris dispendio inseratur expresse manu legibili in tabula communi vicariorum eiusdem ecclesie in hac parte pro communibus obitibus ibidem celebrandis rite ordinata.

The above obits to be entered on the Vicars' notice board.

Item statutum est quod fugientes ad libertatem predictam de cetero imperpetuum in prima admissione sua corporale Juramentum prestabunt de fideliter obseruando statuta predicta.

Sanctuary men are to be sworn to observe these statutes.

Item quod specialis mencio huiusmodi Juramenti per omnes et singulos fugitiuos in prima admissione sua patranda fiat expresse in Registro nostro iuxta scripturam communem super iuramenta aliorum fugitiuorum conscriptam eciam prius vsitatam.

Special mention of their oath is to be made in our Register.

[1] Plurals in MS.

(362) CONCESSIO RESIDENCIE AD FABRICAM ECCLESIE.

1508, April 28. Two Residentiaries devote all the profits of their residence for three years to the building of the nave, with the consent of all the canons in chapter except Mr. John Hawkins, who was present neither in person nor by proxy, and they decree that no residence should be required of any one as Residentiary for three years.

Vicesimo octauo die mensis Aprilis. Anno D'ni Millesimo quingentesimo octauo, in domo Capitulari Eccl. Coll. Ripon', Reuerendi M. Ric'us Bryndeholme, Decretorum Doctor, et M. Andreas Newman, Residenciarij in Eccl. Coll. predicta, vnanimi consensu et assensu, beatis Petro et Wilfrido Ripon' omnes fructus et prouentus ac emolumenta quecumque ad Residenciam suam prouenencia siue spectancia ad fabricam nauis Eccl. Coll. predicte pro spacio trium annorum prox. sequencium apponenda et applicanda concesserunt, et vlterius prefati Residenciarij cum consensu et assensu omnium et singulorum quorumcunque Canonicorum eiusdem Eccl. Coll. adtunc capitulariter congregatorum et Capitulum facienciurn, Mag'ro vero Johanne Hawkynse, Canonico et Prebendario de Monketon solummodo absente, nec aliquod procuratorium prout iuxta statuta eiusdem ecclesie artatur penes Registrum ibidem dimittente, decreuerunt et ordinarunt quod nullus Canonicorum durante spacio trium annorum predict. ad aliquam Residenciam tanquam Residenciarius in dicta Eccl. Coll. habendam quouismodo admittatur.

99 v. (363) (Letter of the Chapter to King Henry VII).

1505. Salutation and preamble.

Cristianissimo illustrissimoque Principi d'no n'ro suppremo d'no Henrico huius nominis Septimo, Anglie et Francie Regi, inuictissimo, ac domino Hibernie serenissimo, sui humiles et deuoti Capitulum Eccl. Coll. beatorum Petri et Wilfridi Ripon', Ebor. dioc., prosperum et felicem statum, ac per oracionum suffragia regna promereri celestia, perhennique perfrui vita, Singularis deuocio quam[1] serenitatem vestram piisimam in oracionum suffragijs, eorum maxime qui iugi ministerio Deo nocte dieque jure dinoscuntur, habere conspicimus, Xpianissime Princeps, vehementer nos incitat, atque in Xpi caritate compellat, vt ea pro felici et prospero statu

[1] The MS. has "deuocionis quem."

maiestatis vestre oraciones, preces, et suffragia in Eccl'ia Collegiata nostra predicta fieri et effundi excogitemus, quibus vestram deuocionem oracionum suffragijs religiosam, firmam spem et fiduciam, non minuere sed augere pocius censeamur.

We grant communion and benefit in all our masses, prayers, etc.,

Nos igitur magistatem vestram sacratissimam, que nos et ecclesiam nostram predictam semper graciose intueri dignatus est, ante oculos habentes, omnium missarum, oracionum, ieiuniorum, vigiliarum, disciplinarum, abstinenciarum, elemosinarum, et laborum ceterorrumque bonorum operum que per nos et successores nostros, ceterosque Canonicos confratres nostros et ministros in Eccl'ia n'ra Coll. predicta imperari aut fieri clemencia Saluatoris, tam in vita quam post mortem, communionem et participacionem perpetuam, quantum cum Deo possumus, deuocioni vestre Xpianissime concedimus et per presentes elargimur, adijcientes nichilominus et ampliori que valemus graciarum accione benignitatem vestram serenissimam spiritualiter prosequentes ex vnanimi consensu concessimus et per presentes concedimus quod in qualibet principali missa ad maius siue summum altare Eccl'ie n're Colleg. predicte per aliquem nostrum vel successorum nostrorum aut alium canonicum confratrem nostrum seu ministrum quemcunque celebranda celebrans ipse quicunque pro tempore singulis diebus durante vita vestra pro sacratissime vestre magistatis salute et incolumitate prosperoque statu et felici successu solempniter et cum nota leget et cantabit oracionem sequentem.

and that at every principal mass at the high altar shall be said daily during the king's life

this special collect,

Quesumus Omnipotens Deus vt rex noster Henricus Septimus, qui tua miseracione regni suscepit gubernacula, virtutum percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, viciorum voraginem deuitare, corporis incolumitate gaudere, hostes superare, et in tranquilla pace dum in humanis aget vitam, feliciter possit sua tempora pertransire, vt, post huius vite decursum, ad te qui via, veritas, et vita es, graciosus valeat peruenire,

vna cum secreto,

secret, Munera quesumus Domine oblata sanctifica, vt nobis vnigeniti tui corpus et sanguis fiant, et famulo tuo Henrico Septimo regi nostro ad obtinend. anime corporisque salutem, et ad peragendum in firma fide et solida pace iniunctum sibi officium, te largiente, vsquequaque proficiant,

et cum hac postcommunione,

and post-communion. Hec quesumus Domine salutaris sacramenti percepcio famulum tuum Henricum Septimum regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis, quatenus diuturnam et prosperam vitam in tranquilitate ecclesiastice pacis obtineat, et post huius vite decursum ad eternam beatitudinem tua gracia cooperante perueniat.

And after his death in like manner Cum vero ab hac luce migraueritis, deinde in qualibet principali missa ad maius siue summum altare Eccl. nostre Coll. antedicte per aliquem nostrum vel successorum nostrorum aut alium confratrem nostrum siue ministrum quecumque celebranda celebrans ipse quicumque pro tempore fuerit singulis diebus imperpetuum pro salute anime vestre solempniter et cum nota leget et dicet oracionem sequentem, videlicet.

this collect, Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, vt animam famuli tui regis Henrici Septimi quam de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum iubeas esse consortem

100. vna cum hoc secreto,

secret, Animam famuli tui regis Henrici Septimi ab omnibus et vicijs et peccatis humane condicionis quesumus Domine hec absoluat oblacio que tibi immolata tocius mundi tulit peccata,

et cum hac postcommunione,

and post-communion. Annue nobis Domine vt anima famuli tui regis Henrici Septimi remissionem quam optauit mereatur suscipere peccatorum.

Concessimus insuper et per presentes concedimus eidem sacratissime vestre magistati vt in qualibet missa Capitulari ad aliquod altare ecclesie nostre Collegiate antedicte per aliquem nostrum vel successorum nostrorum aut aliquem Canonicum confratrem nostrum siue ministrum quemcumque celebranda, statim post fraccionem hostie et decantacionem vel leccionem Per omnia secula seculorum, et ante incohacionem Pax Domini, celebrans ipse vna cum sibi assistentibus ministris inter se et chorus similiter prostratus, inter se pro salute et incolumitate ac prospero et felici statu magistatis vestre singulis diebus quoad uixeritis psalmos et suffragia sequençia dicent et legent, videlicet, Exaudiat te Dominus in die tribulacionis, et cetera, et psalmum Domine in virtute tua letabitur rex, et cetera, cum vers. Gloria Patri, etc., Sicut erat, etc., ad finem vtriusque psalmi, vna cum Kyrielayson xpel' Kyriel. Pater noster et Aue Maria, deinde Confrater noster siue Minister celebrans dicet, et chorus vt moris est, Et ne nos inducas, etc. Sed libera nos, etc. Exurgat Deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius, Domine saluum fac regem nostrum Henricum Septimum et exaudi nos in die qua inuocauerimus te, mitte ei auxilium de sancto et de Syon tuere eum. Esto ei Domine turris fortitudinis a facie inimici, Nichil proficiat inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Dominus conseruet eum et vivificet eum et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum eius. Domine fiat pax in virtute tua, Et habundancia (in turribus)[1] tuis. Domine exaudi oracionem meam, et clamor meus ad (te)[1] veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Da quesumus omnipotens Deus famulo tuo Regi nostro Henrico Septimo salutem mentis et corporis et de hostibus triumphum, vt bonis operibus inherendo tua semper mereatur proteccione defendi, per Xpm Dominum nostrum. Cum vero ab hac luce migraueritis, extunc in omni supradicta missa capitulari per nos vel aliquem successorum nostrorum aut aliquem confra-

Moreover that in every Chapter mass

after the fraction of the host, and the *Per omnia*, etc., and before the *Pax Domini*, the celebrant and assistants shall pray for his good estate while he lives, and say these psalms and suffrages.

And after his death, in like manner.

[1] Omitted in MS.

shall pray for his soul and say hese psalms and suffrages.

trem siue ministrum quemcunque ad aliquod altare in ecclesia nostra Coll. antedicta celebranda, statim post fraccionem hostie et decantacionem Per omnia secula, etc. et ante incohacionem Pax Domini, celebrans ipse, una cum sibi assistentibus ministris inter se et chorus prostratus similiter, inter se pro anime vestre salute singulis diebus imperpetuum legent et dicent psalmos et suffragia sequencia, videlicet, Voce mea ad Dominum clamaui, etc., et psalmum De profundis cum vers. Gloria Patri, etc., Sicut erat, etc., ad finem vtriusque psalmi, vna cum Kyriel. Xpeel. Kyryel. Pater noster et Aue Maria ; deinde celebrans dicet et chorus vt moris est respondebit, Et ne nos inducas, etc., Sed libera nos a malo. Requiem eternam, etc. Et lux perpetua, etc. A porta inferi, etc. Credo videre bona Domini, etc. Domine, exaudi, etc. Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo. Oremus. Adiuua nos Deus salutaris noster, et beatissime genetricis tue gloriosissime semper virginis Marie precibus exoratus animam famuli tui Regis Henrici Septimi in beatitudine sempiterne lucis constitue per Xpm, etc.

When his death is iade known to us, we will say the)ffice for the dead and ilso a mass)f Requiem, with special collects, etc.

Volumus insuper et per presentes concedimus pro nobis et successoribus nostris, quod cum obitus vestri dies nobis denunciatus seu quouismodo congnitus fuerit, in eodem die si commode fieri poterit, alioquin prox. die sequente exequiarum, Officium cum novem leccionibus ac Laudibus, et eciam Missa de Requiem in crastino tunc sequente, cum specialibus collectis nomen maiestatis vestre exprimentibus, vna cum vniuersis ceteris et singulis oracionibus, suffragijs, luminibus, campanarum pulsacionibus, et alijs in hac parte requisitis et conuenientibus, cum nota tam solempniter et deuote celebrari faciemus, sicut aliud exequiarum officium vel mortuorum exequias, quicumque fuerint in Eccl'ia nostra Collegiata antedicta, solempnius et deuocius celebrare tenemur vel celebrare consueuimus.

In c. r. t. sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari, Anno Domini Mill'mo quingentesimo quinto.

100 v. (364) VISITACIO M. ANDREE NEWMAN, CANONICI RESIDENCIARIJ IBIDEM.

Vicesimo nono die mensis Marcij, Anno Domini Mill'mo quingentesimo vndecimo, in do. Ca. Eccl. Coll. Ripon', Magister Andreas Newman, Canonicus Residenciarius in Eccl. Coll. predicta, ac Presidens Capituli eiusdem, et Capitulum ad tunc ibidem faciens, et pro tribunali ad Jura reddenda publice sedens, in presencia M. Thome Bakhowse, Canonici in dicta Eccl. Coll. ac Prebendarij prebende de Stanewigges in eadem, ceteris vero Canonicis et Prebendarijs in eadem Eccl. Coll. per eorum procuratores coram eodem Magistro Presidente comparentibus, inter cetera proposuit palam et publice idem Magister Presidens Capituli, quod nedum clamosa insinuacione ac multorum fidedignorum relacione ad eius auditum, verum eciam oculis proprijs clara aspeccione peruenerit noticia[1] de magnis et apertis dilapidacionibus, ruinositatibus, deformitatibus, et defectibus in mansionibus, domibus, edificijs, et tenementis ad Canonicatus et prebendas in dicta ecclesia Collegiata pertinentibus, ob defectum et necligenciam Canonicorum et Prebendariorum eorundem, seu saltim eorum firmariorum, factis et permissis, in tantum de verisimili, quod absit, infra breue tempus, nisi cicius remedium oportunum apponatur, prefati mansiones, domi, edificia, et tenementa funditus ruinam et casus pacientur. Que quidem mansiones, domos, edificia, et tenementa omnia et singula, prout prefatus M. Presidens ad tunc declarauit, prefati Canonici et Prebendarij pro temporibus sustentare, supportare, reedificare, et debite reparare de Jure ac eciam per statuta canonica et consuetudines laudabiles prefate ecclesie Collegiate tenentur et obligantur. Idcirco prefatus M. Presidens Capituli auctoritate sua ordinaria pro reformacione premissorum ac remedio oportuno in eisdem habendo, moniciones legitimas dictis canonicis et Prebendarijs decreuit fieri in hec verba :—

1511, Mar. 29, Mr. Andrew Newman, presiding in Chapter,

announced openly that not only by report but by his own observation he was aware of great dilapidations, etc., in buildings belonging to the prebends,

requiring immediate attention.

The prebendaries are bound to keep them in repair. Therefore he sends a monition,

[1] MS. has "noticiam."

in this form. In Dei nomine, Amen. Nos Andreas Newman, Canonicus Residenciarius in Eccl. Coll. Ripon' ac Presidens Capituli eiusdem et Capitulum facientes, auctoritate nostra ordinaria et tenore presencium monemus omnes et singulos Canonicos et Prebendarios istius ecclesie nostre Collegiate in genere quatinus infra xviij septimanas iam proxime nunc et inmediate sequentes, quarum vero xviij septimanarum sex septimanas pro primo et sex pro secundo ac reliquas sex septimanas pro tercio ac termino peremptorio, et monicione canonica eis et eorum cuilibet prefigimus et assignamus, ac eisdem per eorum procuratores prefigi et assignari, et de huiusmodi monicionibus nostris legatis sic per nos factis et decretis plenarie intimari et insinuari, Volumus et mandamus omnia et singula mansiones, domos, edificia, et tenementa ad canonicatus et prebendas suos predictos qualitercumque pertinencia perfecte, sufficienter, et debite, prout tenentur, sustentent, subornent, supportent, reedificent, reparent, et construant, sub pena sequestracionis fructuum, reddituum, prouentuum, et proficuorum Canonicatibus et prebendis suis pertinencium siue spectancium, ac eciam sub pena aliarum sensurarum ecclesiasticarum in personas omnium et singulorum huiusmodi monicionibus nostris legitimis non parencium in forma Juris infligendarum. Insuper, auctoritate nostra ordinaria monemus omnes et singulos Capellanos Cantarias perpetuas in presenti ecclesia nostra Colleg. possidentes, quatenus domos, edificia, et tenementa ac cetera omnia et singula bona, res, et ornamenta ad cantarias suas perpetuas qualitercumque pertinencia siue spectancia, perfecte, sufficienter, et debite prout tenentur reedificent, reparent, supportent, subornent, et inueniant, citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime nunc futurum, sub pena per omnia Canonicis et Prebendarijs superius imposita.

Within 18 weeks

all the buildings are to be properly repaired,

And the chantry priests are to attend to their buildings and goods.

1511, Aug. 27. Vicesimo septimo die mensis Augusti,[1] Anno Domini supradicto, prefatus M. Presidens Capituli, de monicio-

[1] More than three weeks beyond the 18 weeks' notice.

nibus predictis per ipsum factis et decretis ad suam reducens memoriam, ad mansiones prebendales de Thorpe, Stodelay, Nunwike et Monkton personaliter accedens in presencia suprascriptorum M. Thome Bakhowse ac diuersorum ministrorum Eccl. Coll. predicte, et ibidem de, in, et super defectibus, dilapidacionibus, et ruinositatibus earundem Mansionum et edificiorum eisdem pertinencium, diligentem iuxta debitum officij sui fecit Inquisicionem, per quam predicte Mansiones prebendales et edificia eis pertinencia in nonnullis eorundem partibus racione huiusmodi monicionum suarum per ipsum in ea parte superius decretarum, inuenit reformata (101) et meliorata, tamen in aliquibus eorundem partibus adhuc inuenit multos defectus reformandos, prout inferius patebit.

The President, remembering his monitions, personally inspects the prebendal houses,

and finds that something has been done in the way of repairs, but that much remains to be done, as will appear below.

THORPE.

In primis, prefatus M. Presidens Capituli per huiusmodi inquisicionem inuenit defectus in quodam magno orrio pertinente Mag'ro Will'mo Cook, Decretorum Doctori, Canonico et Prebendario Prebende de Thorpe tempore inquisicionis predicte, viz. in tectura eiusdem orrij ac eciam in merimio magni ostij eiusdem, vna cum defectibus et deformitate existentibus in muris coquine eiusdem prebende, quos vero defectus omnes et singulos predictos prefatus M. Presidens iniunxit per prefatum M. Will'm Cook debite, perfecte, et sufficienter citra festum Inuencionis Sancte Crucis prox. futurum post[1] datam presentis Inquisicionis reparari sub pena quadraginta solidorum fabrice eccl. Coll. predicte applicandorum ac de fructibus et prouentibus prebende predicte leuandorum per debitam sequestracionem eorundem si oporteat auctoritate ordinaria inde faciendam.

Defects in the great barn in the roof and in the door,

also in the walls of the kitchen,

to be properly repaired before May 3rd or 40s. fine paid to fabric fund of the minster.

STODELEY.

Item prefatus M. Presidens inuenit defectus in duobus orreis M. Thome Wilkynson, Canonico et Prebendario prebende de Stodeley tunc temporis perti-

Defects in two barns in their roofs,

[1] MS. has "p."

to be repaired as above.

nentibus, viꝫ in tectura eorum, quos quidem defectus iniunxit per prefatum M. Thomam Wilkynson citra festum Inu. S. Crucis supradictum debite, sufficienter, et perfecte reparari sub pena xl[ta] solidorum fabrice Ecclesie predicte applicandorum more per omnia vt supra.

NUNWYKE.

Defects in chambers in the prebendal house in their roofs, also two wooden stairs with their roofs, near the kitchen door, and leading up to two chambers, are totally ruinous, and are to be repaired as above.

Item prefatus M. Presidens inuenit defectus in diuersis cameris M. Thome Blithe, Canonico et prebendario prebende de Nunwike pertinentibus, ex parte orientali domus prebendalis ibidem, viz. in tectura earundem, ac eciam inuenit duos gradus ligneos prope ostium coquine ibidem cum tecturis eorundem totaliter distructos et ad terram prostratos, qui quidem gradus ad duas cameras ibidem prebebant ingressum, quos vero defectus omnes et singulos prefatus M. Presidens iniunxit per prefatum M. Thomam Blithe citra f. Inv. S. Ĉ. supradictum sufficienter, perfecte, et debite reparari et reedificari sub pena xl[ta] solidorum more vt supra applicandorum.

MONKETON.

Defects in the prebendal house, viz., in the roof of the great hall, in the stone walls and woodwork of a barn, and in other walls; to be repaired as above.

Item prefatus M. Presidens inuenit defectus in domo prebendali de Monketon pertinente M. Joh'ni Hawkyns, Canonico et Prebendario[1] eiusdem, viz. in tectura super magnam aulam ibidem, et eciam defectus in muris lapideis cuiusdam orrij ibidem, et in certo merimio, eiusdem, et in muris lapideis coquine ibidem, et eciam in muris granarij et vnius stabule, quos quidem defectus prefatus M. Presidens iniunxit per prefatum M. Joh'em Hawkyns citra f. Inv. S. C. sepedictum sub pena xl[ta] solidorum fabrice ecclesie Coll. predicte applicandorum debite et perfecte reparari.

(Visitation continued).

1511, Aug. 28.

Vicesimo octauo die mensis Augusti, Anno D'ni supradicto, prefatus M. Presidens Capituli ad Mansiones

---

[1] MS. has "Canonici et Prebendarij."

prebendarum de Stanewigges, Gevendale, et Sharow personaliter accedens super defectibus, dilapidacionibus, et ruinositatibus in dictis prebendis et edificijs eis pertinentibus, more per omnia vt supra diligentem fecit inquisicionem, per quam quidem inquisicionem certos defectus et ruinositates inuenit in eisdem, prout infra patebit.

STANEWIGGES.

In primis, prefatus M. Presidens invenit defectus in mansione Prebende de Stanewigges, pertinente M. Thome Bakhowse Canonico et Prebendario eiusdem, viz. in tectura magne aule eiusdem ex parte boriali, et eciam in edificacione et reparacione merimei, et in tectura et muris cuiusdam orrij ibidem ac granarij et stabule ibidem quos quidem defectus prefatus M. Presidens iniunxit sufficienter et perfecte reedificari et reparari per prefatum (101 v.) M. Thomam Bakhowse citra festum Inv. S. C. supradictum sub pena xl[ta] solidorum fabrice ecclesie vt supra applicand.

Defects in the prebendal house, viz., in the roof of the great hall, etc., and in the roofs and walls of the farm buildings, to be repaired as above.

(Gevendale).

Item prefatus M. Presidens ad mansionem prebende de Gevendale accedens inuenit ibidem factores M. Thome Herworth, Canonici et Prebendarij eiusdem, certa edificia eidem mansioni prebendali pertinencia perfecte et decenter de novo edificantes, ac eciam diuersa alia edificia ibidem que fuerunt longo tempore per antea defectiua et valde ruinosa per eosdem factores sufficienter reparata, tamen propter nimiam dilapidacionem prefatorum mansionis et edificiorum eidem pertinencium temporibus transactis in defectibus et necligencijs Canonicorum et Prebendariorum eiusdem prebende, vel saltim eorum firmariorum accidentem et permissam, prefatus M. Presidens inuenit adhuc diuersos defectus ibidem reformandos, viz. in tectura magne aule ibidem et in tectura et merimeo cuiusdam alte camere.

At the house of the prebend of Givendale he found the workmen rebuilding certain parts belonging thereto, as well as other buildings,

but there were some defects yet to be amended.

102. (365) (Contract for making a George and the Dragon, etc.).[1]

1518, April 12. Duodecimo die mensis Aprilis, Anno D'ni Mill'imo quingentissimo decimo octauo, venit quidam Joh. Ratclyffe de Hewyke ad pontem, Armiger, et posuit hanc Indenturam Regestrandam in capitulo eccl. Coll. Ripon, M'ro Andreo Newman sedente ibidem pro tribunali precedentis capituli ecclesie collegiate antedicte, ac assistentibus ibidem Johanne Wall, notario puplico, procuratore prebendae de Thorpe et Willelmo Fox, camerario, procuratore prebendae de Gevyndall.

Agreement for making St. George and the Dragon, etc. 1518, April 3. This Indentor maid the Therde day of Aprile the ixth ʒer off the Reign off our souerand lorde Kinge Herry the viijth Be twyxe Johan Ratcliffe of Hewyke of the Bryge in the counte off Yorke esqyer on the on parte And Willam Bronflet off Rypon Carvar Apon the odthure parte Witnessith that the said parties ar couenanded and a greid in maner and forme fowlowinge that is to say That the said Willam Broneflett schall make a Georg Apon horsebak and a dragon Accordyng to a georg at Crystall[2] Abbay and a lofte betwyxe the pelowrs off ix fowte wyde in the Colleg Kyrche off ripon next adioinyng vnto Sanct Wilfrids closet and abowne off the said lofte A parcloys wall off brest heght wt A Howyfftree[3] and ownder that A Conterfette of Barres of hyryn off temer of Temer[4] and be twyx euery Barre fyve Inche and onder

[1] This equestrian statue was no doubt intended to adorn the chapel or loft of St. George in the Minster, in connexion with which a chantry was to have been founded. But as no such chantry appears in the chantry certificates, the intention of the founder cannot have been carried out. Brian Batty made provision for it in his will in 1515. This will was proved in 1520 (*Mem. Rip.*, I, 331, 332), and a foundation charter was sealed by John Radclyff and Ralph, son of Brian Batty, in 1521 (*Mem. Rip.* I, 181).

[2] Kirkstall.

[3] I cannot find any explanation of this word.

[4] Repeated in the MS. It would seem that the carver was to make an imitation of iron bars in wood.

the flower syled w^{t} wanschot [1] and a greye [2] to Ryde vpon w^{t} a cownterpaye [3] And a Alter off temer w^{t} on Allmare in the sede lofte and a selor of Wanschot a bown the said Georg for cortyns to hange by. And the said Will^{a}m schall pante ye said Georg And the dragon w^{t} siluer burnet and vernesched abowne And at the Bordare of Burnet gold [4] And the Georg to hayff towo heds and thre Armes [5] and on the tone hed a Sallet [6] and of the other hede a Schaplet [7] Also the said parties es Agreed that the said John Ratclyffe esqwyer schall delyuer to the said Will'm Mone [8] to bye temer for makyng off the saym And the said Will^{a}m to alowe to the said Joh^{a}n for the said temer and the said Will^{a}m Broneflett schal fynde Wanschotte hewyng and sawyng at his costs and charge, and the said Joh^{a}n Ratclyffe schal fynde hyrne to hyng ye selowr wth yt, and ye said Will^{a}m schall make ye cost of makyng off the said hyrne and ye said Will^{a}m schall make a stole, with on Almere in hyt [9] for ye said Joh^{a}n to sytt att in ye said loft and also ye said Will^{a}m shall make ye Armes of ye said Joh^{a}n at iiij places in ye loft and ouer scripts [10] of remembrance And ye said Joh^{a}n Ratcliffe Esqwyer schall content to ye said Will^{a}m Bronflet or to his Ass^{n}g^{a}n xx li. of lawfull money for the makyng of ye saym at thre convenant tymes. Also the said parties ar commanded and agreit y^{t} incontenent efter that he

The George to have two heads and three arms.

[1] Under its floor, the loft was to be ceiled with wainscot.

[2] A grey horse. The earliest date in the N.E.D. for this use of "grey" is 1760–72.

[3] So apparently in the MS. It must be for "counterpane," here used of a housing for the horse.

[4] Burnet is properly dark brown; perhaps the silvering and the gilding were to be tinted with brown pigment or varnish, or possibly what is meant is "burnished."

[5] The extra head and arm seem to have been made to take off and on, so as to adapt the figure to different occasions.

[6] Salecta, a kind of helmet.

[7] A chaplet or garland.

[8] Money.

[9] A stool or seat, with one almery or cupboard in it.

[10] "Ouer scripts" is perhaps meant to be one word.

hays said Will^{a}m[1] fenyschyt his warke at Byrdlington that then ye said Will^{a}m schalbe gyn w^{t} the said warke and to make all ye hast y^{t} he can possabille of the said wark, and to thes comandez well and trowly to be performed and kepyt either partie to othur hathe bonde them selff in tow oblygacions and either them of a xl li. in witnes her of eider partie to other hays sette ther sell.

102 v. (366) (Nomination of a Vicar).

1490, June 13. Venerabili Capitulo Eccl. Coll. S'cor. Petri et Wylfridi Riponie, Will'ms Poteman, Canonicus eiusdem Ecclesie et Prebendarius Prebende de Nunwyke in eadem, obedienciam et reuerenciam cum honore. Ad vicariam prebende supradicte per resignacionem d'ni Joh'nis Persone, vltimi incumbentis in eadem vacantem, dilectum michi in xpo d'nm Thomam Brathwayte, capellanum, vestre reuerencie presento, supplicans quatinus ipsum d'nm Thomam admittere, ac ipsum in eadem instituere ceteraque facere que vobis incumbunt in hac parte dignemini cum fauore. In c. r. t. sig. m. apposui. Dat. xiij^{o} die mensis Junij, Anno D'ni Mill'imo quadringentesimo nonagesimo.

(367) (Admission of the same).

1490, June 14. Vniuersis Xpi fidelibus pateat per presentes quod nos Ca. eccl. Coll. b. Wilfridi Ripon', Ebor. dioc., d'nm Thomam Brathwayte presbiterum dict. dioc. ad vicariam canonicatus et prebende de Nunwyke in ecclesia dicta Ripon' per res. d'ni Joh'is Persone vltimi incumbentis in eadem vacantem, et ad presentacionem M'ri Will'mi Poteman, canonici dicte ecclesie et prebendarij prefate prebende de Nunwyke in eadem veri[2] eiusdem vicarie patroni, canonice admissimus, ac ipsum d'nm Thomam Brathwayte perpetuum vicarium in forma ordinacionis super admissione vicariorum dicte ecclesie edita et actenus vsitata, ac eciam in forma constitucionis legatine

[1] "said William" is either parenthetic, or is an unintentional repetition.

[2] MS. has "vere."

superordinate canonice instituimus, ipsumque in corporalem possessionem dicte vicarie induximus, cum suis juribus et pertinencijs vniuersis. In c. r. t. sig nostrum presentibus est appensum. Dat. in do. n. Ca. xiiij° die mensis Junij Anno D'ni Mill'imo quadringentesimo nonagesimo.

(Here is written a fair copy of the Statute on fo. 96 v.)

103. (368) HENRICUS HUYK.

Gyll seruiens M'ri Pakenam et custos domus sue ipsius (?) et dicitur in communi populo p°[1] accepit i^as[2] decimas Wyvill Hill in nomine prefati Magistri sui. Hec dixit Henricus Hwik.

D'ns Tho^as Brathwate (*left unfinished*).

(369) (Note on the pages).[3]

Ther is in this booke fyve skoore and tow leaves of wrytten parchment.[4]

(370) (Note by Sir John Ingilby).

22 Jan. 1805. Read this book thro' the second time.—I. Ing.

f. 103 v. is blank.

---

[1] primo? [2] primas?

[3] In writing of about 1600.

[4] The end leaf (103) is not counted.

INDEX.

In this Index, an asterisk attached to a number means that there are two or more references on the same page.

THOMAS CALDCLEUGH & SON, PRINTERS, DURHAM.

THE SURTEES SOCIETY.

REPORT FOR THE YEAR MCMVII.

BOOKS PUBLISHED BY
ANDREWS & CO., SADLER STREET, DURHAM;
BERNARD QUARITCH, 15 PICCADILLY, LONDON; AND
A. ASHER & CO., 56 UNTER DEN LINDEN, BERLIN.

LONDON:
MITCHELL HUGHES AND CLARKE, PRINTERS,
140 WARDOUR STREET, W.

THE SURTEES SOCIETY.

REPORT FOR THE YEAR MCMVII.

SINCE the issue of the last Report two volumes have been issued, and the one for the present year is passing through the press. Of these two volumes the earlier is a continuation of Wills and Inventories, the second part of which appeared in 1860, under the editorship of the Rev. William Greenwell. Mr. J. Crawford Hodgson, the editor of the third part, has followed Mr. Greenwell's example in giving a considerable number of Inventories, from which so much information can be gathered as to the civilization and wealth in the two Northern Counties at the close of the Seventeenth Century. Examples of the wills and inventories of persons of the lower middle class, such as yeomen and shopkeepers, very much enhance the value of the volume.

In the Records of the Northern Convocation the Dean of Durham, Dr. Kitchin, has gathered a large mass of information concerning a body which, till quite modern times, was entirely eclipsed by its more important sister in the Southern Province. In his Introduction the Editor gives a very interesting history of the fortunes of this institution from the beginning of the Fourteenth Century till its revival some sixty years ago.

As no fewer than four volumes are now passing through the press it is hoped that during the coming year the publications of the Society may be brought up to date. Of these the Percy Chartulary contains documents, many of early date,

relating to Yorkshire, Northumberland, Cumberland, and other parts of England. A volume of North Country Wills from the Registers at Somerset House and Lambeth will bring to light the wills of many eminent persons who were connected with Nottinghamshire and the five Northern Counties. The fourth volume of the "Memorials of Ripon," edited by Canon Fowler, contains documents relating for the most part to the ancient family of Ingilby of Ripley, and the different estates which they from time to time have had in their possession. The fourth volume in the press is the Register of William Wickwane, Archbishop of York, 1279—1285, the successor of Archbishop Giffard, whose Register has been already printed.

The Rev. James Wilson and Mr. Kennett Bayley have been elected Vice-Presidents of the Society, to fill the vacancies caused by the deaths of Dr. Henderson, the late Dean of Carlisle, and Canon Tristram.

THE SURTEES SOCIETY,

ESTABLISHED IN THE YEAR 1834,

In honour of the late Robert Surtees of Mainsforth, Esquire, the author of the History of the County Palatine of Durham, and in accordance with his pursuits and plans; having for its object the publication of inedited Manuscripts, illustrative of the intellectual, the moral, the religious, and the social condition of those parts of England and Scotland included on the east between the Humber and the Firth of Forth, and on the west between the Mersey and the Clyde, a region which constituted the ancient Kingdom of Northumbria.

NEW RULES AGREED UPON IN 1849; REVISED 1863.

I.—The Society shall consist of not more than three hundred and fifty members.

II.—There shall be a Patron of the Society, who shall be President.

III.—There shall be twenty-four Vice-Presidents, a Secretary, and two Treasurers.

IV.—The Patron, the Vice-Presidents, the Secretary, and the Treasurers shall form the Council, any five of whom, including the Secretary and a Treasurer, shall be a quorum competent to transact the business of the Society.

V.—The twenty-four Vice-Presidents, the Secretary, and the Treasurers shall be elected at a general meeting, to continue in office for three years, and be capable of re-election.

VI.—Any vacancies in the office of Secretary or Treasurers shall be provisionally filled up by the Council, subject to the approbation of the next general meeting.

VII.—Three meetings of the Council shall be held in every year, on the first Tuesday in the months of March, June, and December; and the place and hour of meeting shall be fixed by the Council, and communicated by the Secretary to the members of the Council.

VIII.—The meeting in June shall be the Anniversary, to which all the members of the Society shall be convened by the Secretary.

IX.—The Secretary shall convene extraordinary meetings of the Council, on a requisition to that effect, signed by not less than five members of the Council, being presented to him.

X.—Members may be elected by ballot at any of the ordinary meetings, according to priority of application, upon being proposed in writing by three existing members. One black ball in ten shall exclude.

XI.—Each member shall pay in advance to the Treasurer the annual sum of one guinea. If any member's subscription shall be in arrear for two years, and he shall neglect to pay his subscription after having been reminded by the Treasurer, he shall be regarded as having ceased to be a member of the Society.

XII.—The money raised by the Society shall be expended in publishing such compositions, in their original language, or in a translated form, as come within the scope of this Society, without limitation of time with reference to the period of their respective authors. All editorial and other expenses to be defrayed by the Society.

XIII.—One volume at least, in a closely printed octavo form, shall be supplied to each member of the Society every year, free of expense.

XIV.—If the funds of the Society in any year will permit, the Council shall be at liberty to print and furnish to the members, free of expense, any other volume or volumes of the same character, in the same or a different form.

XV.—The number of copies of each publication, and the selection of a printer and publisher, shall be left to the Council, who shall also fix the price at which the copies, not furnished to members, shall be sold to the public.

XVI.—The armorial bearings of Mr. Surtees, and some other characteristic decoration connecting the Society with his name, shall be used in each publication.

XVII.—A list of the officers and members, together with an account of the receipts and expenses of the Society, shall be made up every year to the time of the annual meeting, and shall be submitted to the Society to be printed and published with the next succeeding volume.

